

2  
3  
JOSEPHI LOMBERG

MAJORIS ARCHIDIACONALIS ECCLESIE BONNENSIS

CANONICI CAPITULARIS

Juris Gentium & publici Ruo-germanici Professoris

T E R T I A  
EXERCITATIO PUBLICA

DE

SUPREMA POTESTATE

JUDICIARIA

IN GENERE ET SPECIATIM:

DE SUMMIS IMPERII TRIBUNALIBUS,

QUAM

vnà cum Corollariis selectioribus

IPSI PRÆSERTIM PRAXI

CONSILII IMPERIALIS AULICI & CAMERÆ

ATTEMPERATIS

IN

*Aulâ majori Juridicâ Electoralis Gymnasii Bonnensis*

SUB

PRÆSIDIO AUTHORIS

PUBLICÆ DISQUISITIONI EXPONET

*Prænobilis ac Eruditus Dominus*

CONR. JOS. BACHEM, Bonnensis

Jurium Auditor.

Anno MDCCLXXV. Die XX. Julii.

Horis consuetis.

BONNÆ, in Typographiâ Aulicâ,

Dissert. 105 (2)

(A. Ex.)



## A P O P H T E G M A T A .

**SOLON** INTERROGATUS: QUID VEL MAXIME PRODESSET AD SALUTEM  
REIPUBLICÆ? RESPONDIT: JUSTITIA, QUA BONI INVITANTUR  
PRÆMIIS, MALI COERCENTUR POENIS.



**PITTACUS** FILIUM, NE PARENTEM IN JUDICIO CONVENIRET, HISCE  
VERBIS ADMONUIT: SI DE PATRE FALSA DIXERIS, DAMNABERIS.  
— SIN VERA, VEL OB ISTUD DAMNARI DIGNUS ES. —  
*Stobæus Serm. 77.*



**BIAS** INTER INIMICOS MALUIT QUAM AMICOS JUDICARE: QUOD EX  
INIMICIS ALTER CERTO FUTURUS SIT AMICUS. — EX AMICIS  
VERO ALTER INIMICUS. *Brus. L. 10. C. 10.*



2

---

P R O S P E C T U S

Tituli VII. de *suprema Potestate Judiciaria* in genere:

I.

**Q**uò *Leges* in Civitate forent frustraneæ, nisi Civium factis applicatæ demandarentur *Exsecutioni*, consequens est, ut in Republica esse aliquem oporteat, penes quem sit *Potestas exsequendi Leges*, eù de ipsa *Actionum imputatione* cognoscendi (1) & quia hæc *cognitio* ipsum est de aliorum *Actionibus* iudicium, facilè patet, *Potestatem judicariam* in Civitate omninò esse necessariam; cùm verò inter *Æquales* neque subjectio intelligatur neque superioritas, hinc ipsa *jurisdictio* soli competit summo Imperanti (2) adedque inter *jura Majestatis inmanentia* rectè refertur.

(1) Talis *Imputatio*, quæ dicitur: applicatio *Legis* ad factum, aliter non fit ac per *Syllogismum*, cujus *Propositio* major ipsam *Legem*, minor factum, *Conclusio* *Sententiam* continet, ita ut in *Majori* pronuncietur *Lex*, in *minori* imputetur actio, in *Conclusione* ipsa *Lex* applicetur ad factum, quæ applicatio *Legis* ad factum ipsa est *Sententia*. -- Paradoxum ejusmodi *Imputationis* Exemplum legitur apud *LIVIUM* L. 26. quandò *HORATIUS* occiderat *Sororem*, ortà quæstione: an *Lex* de *Perduellione* ad ipsum *HORATIUM* facinus sit applicanda? *Duumviri* *Legem* illam ad *HORATIUM* factum applicandam judicantes hæc utebantur *Ratiocinatione*: "qui hominem dolo malo obtruncat, tanquàm *Perduellis*, *Colligatus* manibus velatoque *Capite* verberandus & ex *Arbore* infelice est suspendendus, -- en *Lex*? -- sed *HORATIUS* *Sororem* sciens hominem *Gladio* transfixit, ac dolo malo obtruncavit, -- en factum! -- ergò *HORATIUS* tanquàm *Perduellis*, *Colligatis* manibus velatoque *Capite* verberandus, & ex *Arbore* infelice suspendendus est, -- en *Sententia*! -- at cum *Advocatorum* æquè sit officium strenuè exculpare *Reos*, nec deceat eosdem mox trepidare, ac vel aded desperare de *Sententia* absolutoria, condemnatoriâ ut primùm fulminatâ, hinc refert *LIVIUS* L. c. eundem *HORATIUM* hanc contra *Imputationem* fuisse exculpatum hoc ut ut paradoxo *populi Ratiocinio*: „ ab eo, qui *Hostem Patriæ* occidit, tanquàm à *Perduelle* non est sumendum supplicium -- en *Lex*! -- sed *HORATIUS* *Sororem* occidens, *Hostem Patriæ* occidit (quâ *hostilem* ostendit animum, *Cædem CURIATII* sponsi flebiliter lugendo) en factum! -- ergò ab *HORATIO* tanquàm à *Perduelle* supplicium non est sumendum, -- en *Sententia* absolutoria!

(2) Quare si *Lædens* puniatur à *Læso* tanquàm *privatus* à *privato*, hæc non *pœna* sed *vindicta*, sin à *Tertio*, tunc *nova* est *Læsiō*. -- Undè gnarè *TERENTIUS*; " *Leno* sum, fateor, *perjurus*, *pestis*, attamen à me nulla tibi orta est *injuria*."

Quoniam *Judicis* est, *Leges* factis adplicare, & an factum alicui imputandum sit disquirere, *Imputatio* autem consistit in declaratione vtrum effectus, quem *Lex* *Actioni* adsignat, *Locum* habeat nec ne, sequitur sanè, ut *Imperanti*, Cui summa est *Potestas judiciaria*, competat etiam *Jus infligendi Pœnas* (1) ex fine *Civitatis* mensurandas (2) & quæ aliter justæ non sunt, quàm quatenus sunt *Remedium* ad *Salutem* publicam necessarium (3) undè *Pœnam Talionis* (4) *Exilii* (5) *Mutilationis* & *Infamiae* (6) in *Civitatibus* benè ordinatis exsulare oportet.

- (1) Scilicet ob *Actionum* *Conflictum* cum publicâ & privatâ *Civitatis* *securitate* --- quæ enim *Legis* *civilis* foret *Auctoritas*, nullâ *Pœnarum* *comminatione* munita? --- nec sola *Legis* *virtus* *intrinseca* coerces *Pravos*, quorum in *Civitate* sunt plurimi.
- (2) Hic finis obtinetur imò: *Emendatione* *Delinquentis*, add: *Satisfactione* *Læsi*, 3<sup>to</sup>: *Exemplo* aliis illucente; --- Undè *Pœna* *delicto* minùs *proportionata*, nec tanta, quanta sufficit ad *reprimendam* *peccandi* *Libidinem*, *audaces* *allicit* potius quàm *deterret*; --- talis *E. C.* fuit *Pœna* *injuriarum* *Legibus* *12. Tabularum* sancita: "Si *Injuriam* *faxit* *alteri*, *25. asses* *Pœnæ* *sunt*," undè ex *Quinto* *Labeo* refert *Gellius*: "quendam *Lelium* *Neratum* *hominem* *egregiè* *audacem* *pro* *delectamento* *habuisse* *os* *hominis* *liberi* *percutere* *manùs* *sue* *Palmâ*, *quem* *insecutus* *fuisse* *servus* *crumenam* *portans* *assibus* *plenam*, *quem* *quenque* *depalmasset*, *ipsi* *statim* *25. Asses* *secundum* *12. Tabulas* *exsolvere* *potuisset*," quapropter, inquit *Autor*. "Prætores hanc *Legem* *velut* *ineptam* *consuerunt* *abolendam*," --- *Pœnarum* *itaque* *æstimatio* *pro* *statu* *Personæ*, *Sexu*, *Patrimonio*, *Loco*, *tempore*, & *Modo* *varianda* --- sic *majorem* *sanè* *Pœnam* *meretur*, *quem* *Cognatio*, *Officium*, *Ætas*, *Prudentia* & *Dignitas* à *delicto* *debuisset* *avocare*.
- (3) Undè non tam ipsa actus moralitas, quàm ejus ad finem *Civitatis* *Relatio*, *Pœnarum* *Civilium* *Mensura* est.
- (4) Quæ dicitur: *par* *vindicta*, *ut* *quod* *quis* *fecit*, *idem* *quoque* *ferat*; --- Hæc quandòque *impossibilis* est, plerùmque *inepta*.
- (5) Excepto tali *Exilio*, quale est *Rufforum* *in* *Siberia*, *ubi* *delinquentes* *ferarum* *capti* (*Sobel-Fattg*) *continuo* *occupati* *egregia* *Reipublicæ* *Emolumenta* *præstant* --- talis *contra* *Exilii* *Pœna* *quæ* *ordinariè* & *Civium* *copiam* *imminuit*, & *hominem* *Pessimos* *in* *aliena* *rapit* *Territoria*, *tam* *Bono* *publico*, quàm *delinquentis* *Emendationi*, *atque* *adèd* *justitiæ* *ergà* *Vicinos* *exterasque* *Gentes* *observandæ* *adversatur*.
- (6) Hoc *Pœnarum* *genus* *non* *tam* *emendat* *delinquentes*, quàm *eos* *ad* *nocendum* *invitat*, *quatenus* *odio* *publico* *expositi* *vix* *habent*, undè *honestam* *sustentationem* *querant*, *id* *quod* *magis* *nocet* *Civitati*, *quippe*, *quæ* *otiosis* *hominibus* *alienis* *oneratur*.

## III.

Cùm *Jus* *Morte* *plectendi* *Nocentes* non à solâ *Naturâ* *tribuantur*, quatenus omnium *jura* *naturaliter* *sunt* *æqualia*, nec *Pactò* *in* *superiorem* *transferri* *potuerit*, cùm *nemo* *fuerit* *vitiæ* *suz*  
Domi-

Dominus (1) nec illud ab expresso & vniversali Numinis iussu  
derivetur, quatenus soli populo *Judaico* erat concessum (2) &  
solum *Deus* dicatur: Vitæ ac Necis Dominus, hinc sunt, qui in  
dubium vocant, an tale *Jus Gladii* competat *Imperantibus*? nos  
verò hoc *merum Imperium* promanare dicimus ex tacitâ *Dei*  
voluntate, ceû *Lege naturali hypotheticâ*, quæ dùm jubet finem,  
*Media* quoque ad eundem obtinendum necessaria impertitur. (3)

- (1) Omnis enim est vitæ suæ vsu fructuarius tantum; -- Dominium verò quod quis non  
habet, transferre non potest.
- (2) Forma nūmque Regiminis *Judaici* simpliciter erat *THEOCRATICA*, Civili Imperio nullatenus  
apud mortalem Principem, sed penes solum Deum immortalem residente, idque citrà vel  
ullam ad alias Gentes Relationem.
- (3) Undè primæva Patrum-Familias jura, nunc æquè Imperantibus competunt in suos Popu-  
los. Vid. in Exercit. I. de Anarchia Positionis V. & VI. Notamen.

IV.

*Tortura* est actus, quo Corpus delinquentis ac vel de Crimine  
graviore valdè suspecti Tormentis adficitur (1) in ordine ad  
propriam facti Confessionem extorquendam. -- Cùm verò non  
nulli extremos potius perferant Cruciatu, quàm ut scelera sua  
cum vitæ amittendæ periculo confiteantur, ac plurimi contrà  
dolore compulsi crimina nunquàm patrata in semetipsos fuerint  
mentiti, hinc *Tortura* generatim ineptum est veri eliciendi Me-  
dium, idèdque in Regulâ illicitum; (2) cùm summoperè tamen  
aliquandò interfit Reipublicæ, non hoc vel illud tantùm speciale  
Crimen, sed & ejus Complices ac Circumstantias aggravantes  
detegi, & ne quis innocens à falsis Testibus ex odio forsan aut  
vindictâ in scandalum Reipublicæ ac *Justitiæ* dedecus ad extremum  
fortè rapiatur supplicium, hinc in tali officiorum consuetu, uti  
Malum minus majori, sic Salus publica privata est anteferenda,  
atque in rarissima hac specie *Tortura* sibi Locum vindicat. (3)

- (1) miror in nostra Germania adhuc hodie obtinere Genus *Torturæ* Humaniorum minus, ac  
vel Barbarorum moribus accommodatum, id quod citrà jacturam sanitatis, Membrorum  
atque ipsius Corporis, nec Robustus sustinet, non attentis tot aliis, torquendi modis à  
Gentibus vicinis dudum receptis at longè humanioribus, sic vel magis invincibiliter,  
consequenter ad veritatem eliciendam aptioribus.

(2) Non

- (2) Non video, quo naturali jure Inquisiti aliàs sufficienter convicti propria Confessio sit absolutè necessaria.
- (3) Suppositis hisce supponendis ac servatis omnibus servandis, est forte quis innocens esset in eo, de quo torquetur, Infortunii in loco foret habendum. -- Undè in illis tantùm Tribunalibus Tortura instituatür oportet, ubi sunt Viri jurisprudentiã probè imbuti, jura criminalia non ex Theoriã solùm, sed & ipsã praxi callentes, ut ad omnia Requisita attendere, & singula ex communi Reipublicæ statu ponderare norint.

## V.

Equidem qui non peccavit, puniri non potest, atque ideò *delinquentis* Consanguinei vel ejusdem Liberi à Pœnâ sunt immunes (1) Attamen si interdùm hi Bonis aut Privilegiis simul priventur, id propriè Pœna non est, sed sequela Pœnæ ab eorum Parentibus commeritæ, qui non nunquàm rectè puniuntur acriùs in propriis Liberis tanquàm charissimis sibi Pignoribus, (2) quèis eùm olim profuerint *Majorum Merita*, nunc quoque *Demerita* noceant.

- (1) Filius enim non portabit iniquitatem Patris, modò ejusdem non fuerit particeps, & justum est, ut suam quisque Culpam in semetipso luat, non in altero -- neque afflictis addenda est afflictio, quod & movisse arbitramur Legislatores humaniores, ut rarissimè locum esse voluerint Pœnæ, quæ vel indirectè ad Liberos innocentes extenderetur, undè non nisi in Crimine Majestatis, Bona omnia à Fisco occupari jusserunt.
- (2) Cùm enim naturæ sit insitus amor ergà proprios Liberos, ut vel aded in Brutis conspicitur, quo naturali amore inducti Parentes in primis Curis habere debent, ut eorum Liberi sint omni ex parte beati, hinc vehementiùs affliguntur videndo proprios suos atque innocentes Liberos tanquàm charissima sanguinis sui pignora privari Bonis atque exui Dignitatibus illis, Privilegiis ac Prærogativis, quæ aliàs post mortem sua fuissent habituri, quâ tristi Consideratione Pœna Parentum adaucta debitam plerùmque ac Criminali proportionatam accipit mensuram; -- hæc autem Pœna tùm demùm justè infligitur ab Imperante, ubi aliter salutis Reipublicæ haud poterit consulere.

## VI.

Quemadmodùm *Juri Imperantis* respondet *Subditorum obligatio*, atque in conscientia, qui nocuit Reipublicæ scandalo, tenetur eidem prodesse *Exemplo*, sic Reus nec Pœnæ tanquàm bono *morali*, nec Personæ eam irroganti, tanquàm *Sacræ Justitiæ Ministro* unquàm resistere potest (1) quin tamen ipsam Pœnam Lege præscriptam ultrò sibi arcessere aut sibi per semetipsum infligere teneatur (2) qualis non *Humaniorum* naturalis, sed *Barbarorum* contra Naturam mos est. (3)

- (1) Qui enim humanæ Potestati resistit, Dei Ordinationi resistit.

(2) Sic

- (2) Sic nec tenetur quisquam, ut atrocissimis sponte supplicii se offerat -- immò cum Poena sit malum Passionis, à quo natura omnium hominum abhorret, hinc ne Poena quidem foret, quæ sponte volenti infligitur; -- Unde QUINTILIANUS in Declam. II. " Fallitur quisquis humana Tormenta sola nominum atrocitate metitur, nulla enim Poena est, nisi Inuito, nec habemus ullum nisi à Impatientiâ dolorem, & ut aliquid crudele scyrum sit, metus facit -- Supplicium quisquam vocat ad quod profelitur? quod exposcitur? -- illò trahite damnatos, quo sponte non sequuntur ..
- (1) Sic Africani Abdomen sibi metipsis inciduat, -- immò inter Magnates Christianos in delictis secretioribus (Staatsverbrechen) non nullos ad Venenum quandoque hauriendum coactos legimus -- sic non nullibi præsertim in A. adhuc hodie comperimus vile Pecus pseudo-Philosophorum, qui aded gloriam ac vel generosiores fundant animum in Autochiria.

VII.

*Jus Gladii* supponit *Jus adgratiandi*, quod tanquam Majestaticum æquè competit soli *summo Imperanti*, Cujus est tam Pœnarum qualitatem & quantitatem determinare, quàm eas vel prorsus remittere, vel saltim mitigare, prout Salus Reipublicæ tanquam *suprema Lex* id exigere videtur; (1) hoc *Jus adgratiandi* continetur sub *Jure dispensandi*, (2) cui æquipollet, sicut *Jus abolendi* (3) sub ipso *Jure adgratiandi* continetur.

- (1) Rationes huc facientes sunt: præclara vel ipsorum delinquentium, vel Majorum cœd Parentum in Rempublicam & Principem Merita, ac vel futurorum magna spes Meritorum, aliavè demùm hujusmodi Ratio status politica;
- (2) Dispensatio definitur, quod sit permissio actus à Lege prohibiti in Casu particulari facta; hinc dispensare cœd à obligatione Legis liberare, idem est, ac in Casu singulari ipsam Legem tollere -- ut verò Princeps Legem à se latam tollere, ita & circa eandem valet dispensare; -- hoc verò dispensandi jus ad ipsam naturæ Legem tanquam immutabilem atque perpetuam nequit extendi, undè si Princeps quædam permittere teneatur, quæ Legi naturali adversantur, tunc nullatenus circa illa dispensare, sed ea tantùm censetur connivere, quæ aliter impedire non potest.
- (3) Abolitio vocatur: Remissio Pœnæ in Casu dubio -- Vigore juris hujus Majestatici Imperans delinquentem citrà omnem vel ulteriorem Inquisitionem è Numero Reorum eximit, Partibus inquirentibus cœd Actoris & Judici perpetuum imponendo silentium, ita ut tale factum velut dubium atque incertum maneat in suspenso.

VIII.

Per hoc, quod aliquandò quis habeat *Jus Gladii* simpliciter sine *Jure adgratiandi*, hæud fallit Regula: *Jus Gladii* necessariò importare ipsum *Jus adgratiandi*, quatenus vnum sinè altero inefficax foret pro obtinendo Civitatis sine Remedium; cùm enim

enim

enim *Superior* nudum *Juris Gladii* exercitium concedere aut  
quandòque injungere possit *Inferiori* ceù *Vasallo*, cum absolutâ  
*Juris adgratiandi* Reservatione, hinc ille, cui tale *Jus Gladii*  
tanquàm *Majestaticum* competit *Jure proprio* & *Imperii emi-*  
*nentis* vigore, confundendus non est cum illo, qui nudum  
hujus *Juris Exercitium* habet, non proprio sed *Jure alieno*  
tanquàm ex *Concessione*, à *Titulo* fortè *oneroso*, ceù per mo-  
dum *servitutis*.

IX.

Quemadmodùm in *suprema Potestate Judiciaria* *Jus* inest, Cau-  
sas quascunque *Subditorum* controversas cognoscendi, sententias  
*Litium* decisivas ferendi, easque exsequendi, à vel *Partem*  
*victam*, ni sponte satisfaciatur, etiam forti *Brachio* adigendi, ut  
præstet id, in quod fuit condemnata, sic ipsa *Jurisdictio* pro  
diversis *Causarum* objectis alia est *Ecclesiastica*, alia *Criminalis*,  
alia *Civilis*, quâ & *Feudalis* comprehenditur, undè triplex *Forum*  
ceù *Judicium*, scilicet: *Ecclesiasticum*, *Criminale*, à *Civile* vulgò  
promânatur; --- omnis autem *Judicii* ordo naturalis consistit in: in  
*Petitione Actoris*; 2dò: *Rei Exceptione* quò ad factum vel *Jus*;  
3tò: *Probationibus* earumque *Illusionibus*; 4tò: *Sententiâ* *judicis*  
ferendâ; --- undè liquet, *Judicium* legitimam esse discepcionem  
à *causæ* decisionem, à *superiore* vel *Ipsius Jussu*, ceù *Aucto-*  
*ritate* *Ejus* factam à *Magistratu*, à quo tamen omnibus iis,  
qui *injustâ* fortè *sententiâ* se conqueruntur *oppressos*, ad ipsum  
*Imperantem* via patere, adeòque penès *illum* esse debet *suprema*  
*causarum dubiarum Analysis*. (1)

(1) Sic in *Civitatibus Monarchicis* ad *Reges* aut *Principes*, in *Aristocraticis* ad *Senatum*  
*Procerum*, in *Democraticis* ad *Comitia* regulariter provocandi jus est --- nec temerè  
constituendus est *Magistratus* citrà *Recursum* ad *superiorem*, id quod nec *Regibus* suis  
à *Dictatoribus* permiserunt *Romani* --- ast *Provocationum* abusibus nimium quantum apud  
varia sensim *Remedia* fuerunt inventa, ad nimiam provocandi temeritatem intra *limites*  
coercendam; --- talia sunt *Privilegia* de non appellando quibusdam *Magistratibus*  
concessa --- talis est certa *Summa* appellabilis, à vel *causæ* *qualitas* *Legè*  
*definita* --- tale est *jus jurandum calumniæ*, --- talis est *Pecunia cautiona-*  
*ria* à *Provocante* in *Calum* succumbentiæ deponenda &c.



COROLLARIA

Ex Titulo VII. de *suprema Potestate Judiciaria in genere.*

- I. **I**psa *Legis virtus intrinseca* tanquàm se solâ inefficax non nisi *Pœnarum Comminatione* munita, vel à solâ *Exsecutionis* no-  
tione suum sortitur Effectum;
- II. *Jus infligendi Pœnas* soli competit *Majestati*, non nisi *Illius*  
Consensu à quopiam alio in *Civitate* exercendum;
- III. Nec *Parentibus* in *Filios*, nec *Heris* in *Servos*, neque  
*Maritis* in *Uxores* *Jus est Pœnam* propriè talem àc vel gravio-  
rem decernendi, exceptâ *Correctione* quâdam discretiore, eorum  
*Auctoritati* proportionatâ.
- IV. *Pœnis* maximè ineptis àc vel *suu suo* *Contrariantibus* præ-  
primis accensetur *Relegatio* ceù *Deportatio* (*die Lands-Verweisung*)
- V. Ut *fugitivis* *justa* quandòque *Pœna* statuitur in *Effigie*, sic non  
nunquàm *Mortuorum* *Cadavera* rectiùs effodiuntur ex *sepulchris*  
in *Terrorem* aliorum suspendenda;
- VI. *Nemo inauditus* aut *indefensus* ad *mortem* condemnandus;
- VII. *Omnis* enim naturaliter habens *jus bonæ Existimationis*, tam  
diù censendus est bonus, donec absolutè probetur malus.
- VIII. Præter merum *Supplicium*, *Pœna* non est *justa*, nisi  
quæ fertur ad emendandum delinquentem;
- IX. Undè *injustam* dicimus *Pœnam Infamiae*, quæ *Reum*  
non tam emendare, quàm potiùs eundem in pejus rapere  
assuevit;
- X. Hinc *Judicis* est, in ipso etiàm *Pœnas infligendi Modo*,  
quid quod vel sapit *Infamiam*, eò studiosiùs præcavere, quò  
*Passu* pariore *vita & fama* ambulare censentur;
- XI. *Pœna* non est *rationabilis*, nisi lata cum *Discretione*,  
àc vel habito discrimine inter *Filium Centurionis*, & ejusdem  
*Tympanistæ*, àc vel *Viri alterius de Republicâ* aut *Principe bene*  
*meriti*, & cujusdam *Ardelionis*.

XII. Pessimus in *Civitate* mos est, iniquus, barbarus, turpem *Judicis* socordiam sapiens: *Cives*, eorumve *Filios* ab minima quæpiam delicta, ac vel ob meros quandòque Excessus citrà *Causæ* *Cognitionem* haud finè *Infamiâ* statim in eundem mittendi *Carcerem*, in quem aliàs infandi *Nebulones*, atque *Latrones* ob maxima quæque flagitia intruduntur;

XIII. Nec talis *Abusus* vel ipso defectu honestioris *Custodiæ* *civilis* excusatur in *judice*, qui potius *ex officio* ad supremum desuper *Civitatis Regimen*, ac vel ad ipsum *Principem* tenetur remonstrare, ne in tantum *Reipublicæ* *Dedecus* atque *Offendiculum*, hujusmodi *Incarceratione infami* tanquàm *Pœnâ* justo enormiore plectatur *Civis*, cujus licet pauperrimi *Jura* tanquàm singulis communia citrà *universitatis* injuriam nequeunt violari.

XIV. *Propria Delinquentis Confessio*, ad *Pœnam* mortis infligendam, absolutè non est necessaria.

XV. *Semi-Convictus* nullo jure *Capitis* est damnandus, --quo igitur naturali jure, ad *propriam Confessionem* extorquendam, ad mortem usque cruciari potest? -- *Tortura* enim quandòque vel ipsâ morte est crudelior.

XVI. *Imperans Christianus* etiam circà delicta in *V. T.* sub *Pœnis* ut ut à summo *Numine* definitis prohibita, absoluto gaudet *adgratiandi Jure*.

XVII. *Gentium* moribus majores æquè *Judices* *Adfessoribus* utentes obligantur esse *Legum & Jurium* periti.

XVIII. *Judicem* ità oportet judicare: ut simul fungatur *Officio boni Judicis*, & *boni Viri*, adeòque in *Conflictu Conscientiæ & Actorum* ac *Probatorum*, nec secundùm *Conscientiam* solam, nec secundùm *Acta & Probata* tantùm, judicare debet.

PROSPECTUS

# PROSPECTUS

Tituli pertinentis: *de suprema Imperii Jurisdictione.*

## I.

**O**lim à solis Imperatoribus omnia dependebant *Imperii Judicia*, inter quæ primum erat atque supremum in ipsa *Imperiali Curia*, inde dictum: das kaysersl. Hof- oder Kammer-**Gericht**, (1) cui præerat *Comes Palatii* (*der Hof-Richter*) (2) alia erant *Provincialia*, ceù *Judicia* in singulis *Provinciis* constituta, quæis *Nomine Imperatoris* præerant *Missi*, ceù *Comites*, undè die *Greven*, *Go-* oder *Gau- Grafen* &c. quale *Judicium* vocabatur: *Mallus publicus*, quò præcipud spectat famosum illud *Judicium Provinciale Westphalicum*, vulgò *Vehmicum* (3) das *fehmen-Ding-Frie-Stuhl-Still-* oder *heimlich Gericht* &c. cujus *Præses* *der Frie-Graf*, *Adessores* verò, die *Frie-Schöppen*, & quatenus sedentes *judicabant*, die *Stuhl-Herrn* dicebantur; infandum hoc turpissimumque *Judicium* & *Jurisdictione* pollens & *Cru-* delitate æqualiter summâ, tandem sub *Maximiliano I. Imp.* fuit abolitum, (4) *Cæteris* quoque *Judiciis Provincialibus*, crescente *Statuum Potestate*, sensim sublatis (5) quorum tamen species non nullæ, præter *Judicium Rotwilense aulicum*, (6) cùm in *Sueviâ* tùm in *Franconiâ* comperiuntur superstites. (7)

- (1) Hoc primævum Imperii *Judicium* locum non habebat, nisi in causis *Principum* sive *Majorum*, ac vel aliis summi momenti controversiis illustribus; BALUZIUS IN MISCEL. L. 3. p. 114. -- Ex hoc *judicio* (cujus origo serè est eadem cum origine Imperii) sensim enatum est hodiernum *Consilium Imperiale aulicum*, de quo infra.
- (2) Sic legitur in ordinatione FRIDERICI II. Imp. de A. 1226. apud GOLDASTUM: "daß der Hof-Richter alle Tag solle zu Gericht sitzen.
- (3) A voce: *fehmen*, quod idem est, ac *verurtheilen*, malè igitur à voce: *væ mihi*. -- Prima hujus *Judicii* *Sedes* fuit *TREMONIÆ* (*Dortmund*) ejusdem autem origo communiter refertur ad CAROLUM M. auctore HENRICO DE HERVORDIA, A. 1370. defuncto, quem secutus est THEODORICUS Archi-Ep. Col. in Reformatione des *freyen und heimlichen Gerichts* in *Westphalen*, ex Mandato SIGISMUNDI Imp. conf. a. 1439. ARNSBERGÆ promulgatâ: "der *Frey-Grasse* geloben und schweren soll, dero *Frey-Grassschaft* und *freyen Stuhl* recht *Gerichte* und *Verhörung* zu thun &c. wie dan solches der große und heilige *Kaiser CARL*, hochlöblicher *Gedächtnis*, gesetzt und verordnet hat, und von Alters herbracht," apud Goldast. P. I. der *Reichs-Sagungen* p. 163. -- Eundem imitatur AENEAS SYLVIVS, in *Tract. de Statu Europæ* sub FRIDERICO III. Imp. C. 29. apud Freherum ubi hæc scribit:

scribit: "CAROLUS M. multa cum Westfalis praelia gessit, eosque magnis affectu ciadibus, coegitque Christi Religionem amplecti relicto Idolorum cultu, quam quum sepius abnegassent, nec jus jurandum adverterent, ut metu poenarum Rebellionem compesceret, occultos instituit Judices, quibus Potestatem dedit, ut quamprimum decessisse aliquem comperissent, aut aliud flagitium commississe, mox illum supplicio afficerent, ubi primum comprehendi posset, nullâ citatione præviâ &c. Terruit ea res Westfalos, ac demum in fide continuit, cum sæpè in Nemoribus & Proceres & Viri mediocres laqueo suspensi invenirentur, nullâ accusatione prius audita. Quærentibus tamen causam, constabat fregisse fidem, aut aliud scelus commississe, qui necati reperiebantur. Id iudicium usque ad nostram perdurat ætatem, vocaturque vetitum. Qui ei præsunt, scabini appellantur, quorum ea est præsumtio, ut per totam Germaniam jurisdictionem velint extendere, secretos habent Ritus, & arcana quædam, quæis malefactores judicant, & nondum reperiuntur est, qui ea vel pretio vel metu revelaverit. Ipsorum quoque scabinorum major pars occulta est, qui per Provincias discurrentes, criminosos notant, & referentes iudicio, accusant, probantque, ut eis mos est. Damnati describuntur in Libro, & junioribus scabinis committitur Executio,, -- Jungi meretur Joan LETZNERUS, qui in Historia CAROLI M. A. 1603. Hildesie edita, C. 15. sic habet. "Dieser Gebrauch des heimlichen Gerichts ist auch nach Zeiten aus Westphalen über die Weser kommen &c. -- Id quod idem refert SCHOTTELIUS de antiquis in Germania Juribus, C. 29. §. 11. his Verbis: "Was das VEIN-RECHT angestellet, so mußten in einem Gerichte oder Amte alle Einwohner, so über 12. Jahr alt waren, auf einer Heyden oder einem grossen Platze unausbleiblich erscheinen, sich auf die Erde niedersetzen, ringsum etzliche Tische, dabey saß der Landfürst, seine Ræthe und Vögte; und mußten dan die heimlichen Richter die Delinquenten und Delicta anmelden, die giengen dan mit einem weissen Stocke ringsherum, und schlugen die Verbrechere auf die Beine; wer in dem ein böses Gewissen hatte, und sich einer Leibes-strasbarn Missethat schuldig wußte, dem war vergönnet aufzustehen, und in Tag und Nacht das Land zu reumen, und möchte auch wohl den andern Schlag anhalten, wann er aber zum drittenmahl getroffen ward, so war der Nach- und Schar-Richter dabey, und ein Pastor reichte ihm das Sacrament, und zum negsten Baume mit ihm zu &c. Hertzog WILHELM zu Lüneburg soll in Person solches VEIN-RECHT zum letztenmahl bey ZELLE gehegt haben,,

- (4) In Comitibus Colonienfibus A. 1512. lato solenni Decreto per PHILIPPUM Archi-Episcopum Colonienfem, teste ENGELBERTO WERLICHIO in der augsbürgischen Chronik. P. 2. C. 1. Fol. 16. -- Hos tamen iudices interdum jus suum sibi vindicasse, constat ex Ordinatione Camerali de A. 1555. part. 2. Art. 20. & ab hoc tempore non amplius huius iudicii fit mentio in Recessibus Imperii, hodieque aded ejus memoria penitus deleta est, ut ne in ipsâ quidem Westphaliâ luculenta supersint Vestigia. -- De famoso hoc iudicio W. optimè scripserunt HENR. de Hervordia supra citatus apud Meisom. de Irmenfulâ Sax. C. 12., & Tom. 3. Rerum Germ. p. 25. -- MUNSTERUS. L. 3. Cosmogr. C. 451. -- Paul. EMILIUS. -- Joan. AVENTINUS, -- TRITHEMIUS, &c. & supra citati.
- (5) Cùm ipsi Status in Territoriis suis Jurisdictionem sibi sumerent Criminalem, atque ab Imp. investirentur mit obern und niedern Gerichten, Freisbühlen, dem Baun über das Blut zu richten -- ita in Litteris MAXIMILIANI I. A. 1495. investitos legimus HASSIÆ Landgravius, apud LUNIG. Fortf. der 2. Continuation. p. 767.
- (6) Das kaiserl. Hof-Gericht zu Rotweil, ejus Origo non extat, nisi, quod certò constet, A. 1146. à CONRADO III. Imp. id Rottwilæ constitutum, & in præmium fidei cœu præstiti contra LOTHARIUM Auxilii novis Privilegiis esse confirmatum, Goldast. Reichs-Sagungen P. 1. F. 6. -- LEHMANN. Chron. Spir. L. 5. C. 50. Cætera de ejusdem Constitutione hodiequâ vide sis in Comp. Mafcov. L. 5. C. 8. -- Vitriar. illustr. L. 4. T. 8.

- (7) De Judiciis hisce Provincialibus vide suprâ Locis Cit. -- Conf. Burc. Steuvii Juris pub. Prudentiam C. 24. §. 35. seqq. -- Hæc olim Judicia plerumque sub dio & quidem ad aliquam arborem leguntur celebrata, undè Judicium Provinciale in Sueviâ: auf der leutfircher Heyde in der Mursch. & olim in Alsatia: das kays. Land-Gericht auf der Lauben zu Hagenu &c. -- Hujusmodi Judicia ut plurimum erant Duellica, undè die Ordnung des Kampffs des Burggraffthums zu Nürnberg -- contra hæc aiaque tam Sueviæ, quàm Franconiæ atque ad Rhenum Judicia A. 1645. 4. ybris statuum gravamina fuerunt exhibita: "tanquam hodiè superflua, Juribus etiam statuum Territorialibus obnoxia, aliisque in Germaniâ Provinciis ignota, & quod Juris seepè scientia in Adfessoribus desideretur, abusibus indè plurimis incrementibus,, Austriaci tamen illa tanquam Advocatiæ Suevicæ adnexa voluerunt conservari, desuper apud Lunigium Grundveste p. 2. C. 3.

## II.

Equidè *summa Potestas Judiciaria* per univèrsum Imperium Rno-Germanicum ad ipsum directè *Imperatorem* tanquam omnis Jurisdictionis Fontem ac supremum Judicem, ceù ad Jura Cæsari reservata videtur referenda, cum tamen superiora *Imperii Tribunalia* consensu *Statuum* sive constituta, sive agnita, tum Eorum Inspectioni ceù *Visitationi* (1) tum Legibus subjiçiantur *comitialibus*, juxtâ quas strictè tenentur judicare, (2) hinc commune Imperatoris & Statuum in *Re Imperii Judiciaria Consortium* invictis facilè argumentis demonstratur. (3)

- (1) In Pace W. Art. 5. §. 56. cautum fuit, Visitationem Consilii Imperialis Aulici, toties, quoties, opus fuerit, instituendam esse ab Electore Moguntino, observatis iis NB. quæ in proximis Comitibus de communi Statuum placito observanda esse videntur. Conf. Capit. Cæs. Art. 24. §. 2. -- At Visitatio hæc statuum Expectationi necdum respondit, Consilio Imperiali Aulico obnovente: "Electorem ut ut S. R. I. Archi-Cancellarium pleno Consilio summoque Tribunali non esse Superiorem, immò quod tanquam Status privatus, ut Cæteri omnes, summo summi Imperantis Juri (quod hic in totum exerceatur Imperium) æquè sit subiectus -- nequè adhuc talis instituendæ Visitationis adesse Normam, quæ prius in Comitibus de communi Statuum placito foret definienda,, vid. Moser von Reichstags-Geschäften p. 464. seqq. Eiusdem Geschichte und Erl. der Reichs-Hofraths-Ordnung. T. 2. p. 652. sqq. ---- Aliter se habet Visitatio Cameræ: cum enim supremum hoc Imperii Tribunal à prima sui Origine non solius tantum Imperatoris, sed & Statuum simul sustinuerit Personam, Adfessores quoque communi Eorum arbitrio fuerint constituti, totius insuper Imperii summo perè interesser, augustum hoc Tribunal ab omni labe intactum servari, hinc mirum non est, quod ipsi status undè cum Imperatore hujus Visitationem Judicii, statim Æquali Jure sibi vindicârunt; -- Equidem ab initio Visitationes non nisi extraordinariæ fuerunt decretæ, attamen A. 1507. in Ord. Cam. Constantiensi Tit. 14. primùm cavetur: ut quovis annò Imperator & certi quidam status Eorumve Commissarii visitent Judicium Camerale "um alle und jede des Kam. Ger. vorgefallene Gebrechen, und Nothdurfft zu verhören, zu ordnen, zu handeln, und zu versehen, auch Rechnung zu empfangen,, -- Talis etiâ Visitatio a. 1508. fuit suscepta à Jacobo, Electore Mog. & Alberto Bav. D. -- Denud in R. I. a. 1520. §. 3. & in eodem R. a. 1532. §. 17. ordinata fuit alia ratio Visitationis omni anno una Maji instituendæ, concessio Litigantibus à Camera gratatis Remedio in singulis Causis grava-

gravamina proponendi ipsis Visitatoribus, undè ab iisdem adhuc hodiè dijudicantur Revisiones contrà Sententias Camerales interpositæ; --- atque ea est Camerae Visitatio, quam Ordinariam esse jusserunt status Imperii. --- Continuavit, ordine licet interrupto, usque ad A. 1582. à quo tempore, Religionis dissidiis invalescentibus, Belloque Tricennali ingruente, omnis ejusdem memoria exfolevit, quin vel ipso Pacis W. Beneficio potuerit instaurari; --- tandem A. 1654. decreta fuit extraordinaria Camerae Visitatio in quinque Statuum deputatorum Classes descripta, quarum vna alteram in ipso Visitacionis negotio exciperet; R. I. N. §. 201. --- sed nec ista sanctio Visitacionis extraordinariæ priùs fortita est effectum, quam anno 1708. à quo usque ad A. 1713. continuata, Rem Cameralem penitùs collapsam restauravit, cui Recessum Visitacionis novissimum debemus, qui extat apud SCHMAUSIUM in Corp. Jur. publ. p. 1144. --- Ab eo tempore iterum salubre hoc Institutum omninò cessavit, Camera in priscos, & novos indies abusus degenerante --- donec univèrso demùm Imperio ipsam hujusmodi Visitacionis Instauracionem ardentissimis Votis expetente tandem A. 1767. mense Majo sub Glor. Ausp. JOSEPHI II. Imp. prima Classis ejusdem Visitacionis extraordinariæ in R. I. N. a. 1654. Decretæ, observatâ Religionis paritate Wezlariam evocata est, --- modò alterâ Classe ipsam Visitacionis negotium continuante --- Germaniâ faustum magni operis Profectum, vel tantò ardentius expectante, quantò magis tam illustre Judicium majoribus indies nævis, atque abusibus diù dolemus expositum. --- Hùc ex infinitâ serè scriptorum serie præprimis faciunt: *Pütter patriotische Gedanken über einige das Reichskammer-Gericht betreffende Fragen.* 1768. 4. --- *Moser, Bedenken von H. G. Visitacionen.* 1767. --- *de Cramer, wezlarische Nebenstunden.* P. 33. p. 144. seq. L. B. de ZEIGESAR de Visitacione Camerae. Jen. 1765. 4. *Unmaßgebliche Vorschläge & -- Prüfung der unmaßgeblichen Vorschlägen die Visitation &c. betreffend.* 1772. Fol.

- (2) R. H. O. Tit. 1. §. 15. --- O. C. P. I. Tit. 19. --- Conf. Decretum JOSEPHI II. Imp. an den R. H. R. 5. April. 1766.
- (3) Præterquàm quod Statuum arbitrio ipsa fiat Camerae Assessorum præsentatio, de quâ Coràm. --- Vide sis MOSER von Reichstags-Geschäften. p. 448. sqq. --- Joann. ERN, FLÖRKE de Consortio Imp. & Statuum in potestate Legisiatoriâ, & Judiciariâ.

### III.

Ipsa *Imperii Jurisdictio universalis* demandata est duobus summis Tribunalibus: *Consilio Imperiali aulico*, (1) & *Camerae* (2) quorum Auctoritati Leges Imperii Fundamentales seridò prospiciunt, peculiari *Executionis Ordinatione* sancitâ (3) Undè omnes Imperii Status àc Subditi iisdem, sed diversâ Ratione tenentur, quorum tamen Tribunalium *Jurisdictio*, ut ut summa & univèrſalis, Statuum intuitu, tùm Juribus *Austregarum* (4) tùm Privilegiis: *de non appellando* (5) atque *de non evocando* (6) *Exemptionis* (7) àc vel *Electionis Fori* (8) haud parùm restringitur.

- (1) Vide suprâ h. t. ad Positionem I. Notamen 1. --- Hoc Consilium aulicum ab anno 1559. sub FERD. I. Imp. non nisi Causas Imperiales tractans, Causis Austriacis peculiari Collegio Commissis, Nomen Senatùs Imperii aulici, *Reichs-Hofrath*, accepit, Cujus suprema Jurisdictio, post varias Contentiones, demùm agnita est Pace W. I. O. art. 5. §. 54. --- Supremum hoc Imperii Tribunal hodiernam Formam suam debet FERDINANDO III. Imp. a. 1654. novâ Ordinatione promulgatâ, de quâ fusiùs infrâ.

(2) Hoc

(2) Hoc Judicium Camerae Imperialis, proscripto Jure Manuario, sub MAXIM. I. Imp. a. 1495. in Comitibus Wormatiensibus, communi Statuum Auctoritate, tanquam supremum Imperii Tribunal fundatum, à Conclavi, in quo celebratur, nomen Camerae sui sortitum, Judiciis aliis sub Dio institutis.

(3) (Reichs-Executions-Ordnung) est Lex Imperii, quâ Vnanimi Cæsaris ac Statuum consensu præscribitur, ac definitur modus, quo pro Pace publicâ tuendâ, ipsæ summorum Imperii Tribunalium Sententiæ Executioni demandentur -- talis Sententiarum Executio aliâ est in Mediatos, quæ non aliter ac per Magistratum cujusque Territorialem fieri potest -- alia hûc primariò spectans est in Immediatos, cujusque Circuli Directoribus demandanda, & quidem à Camera per Mandata de Exsequendo, à Consilio autem Imperiali aulico per Commissiones Executionis, quandòque cum Clausula: sammt-und sonderst, plerùmque ubi duo existunt ejusdem Circuli Directores -- quibus Officio suo deficientibus ad Circulum magis Vicinum transcribitur Executio -- Vtrumque Imperii Tribunal hujusmodi decernit Executiones non in propriis tantùm, sed & in ipsis Austregarum ac vel Imperii Deputatorum judicatis, -- sic Statuum Magistratibus justo diutius in propria Sententiarum suarum Executione cunctantibus contra Eosdem impetratur Mandata de Exsequendo I. P. O. art. 17. §. 7. seq. R. I. N. §. 76. §. 159. & §. 178. O. C. P. 3. Tit. 49. §. 1. -- Capit. art. 21. etiam art. 2. 16. & 19. -- confer neue Sammlung der Reichs-Abchiede 4. Th. p. 94. seq. -- Europäischer Herold 1. Hauptb. p. 930. seq. -- Hanc Executionis ordinationem pluribus illustravit Adam Cortrejus P. 4. J. publ. -- Conf. CARL. WILH. MARCHDRECKER de Executione Subsidiari. Altdorf 1715.

(4) To: Austregæ, à Voce: austragen, cæd: entscheiden, significat Arbitros (Schieds- oder Mittels-Personen) -- undè Jus Austregarum est illud, vi cujus Immediati cæd status Imperii in causis aliis appellabilibus in prima Instantia possunt provocare ad Austregas tanquam Arbitros, priusquam in summis Imperii Tribunalibus tenentur Jure experiri; -- Austregæ imò sunt: Gentilitiæ (Die Erb-Haus- oder Stamm-Austräge) quæ Originem suam debent magno Interregno, quo tempore, Judiciis in Imperio cessantibus, Jure Manuario susque deque omnia vertente, eminentiores Familiæ studiosius sibimetipsis Judices elegerunt, quæis bonitatem causæ fidebant, Sententiâ contentæ ab ejusmodi Arbitris latâ, qui propter Austregæ, à Voce: austragen, vocari coeperunt, weil sie die streitende Partheien auseinander gesetzt und mit einander vertragen haben: -- add sunt: Conventionales (willkührige, sonderbare Austräge) quæ eandem cum Gentilitiis habent Originem, à quibus præcipud differunt in eo, quod hæc inter certas particulares Familias, illæ contra inter diversas Personas immediatas fuerint constitutæ: -- 3tiò sunt Legales (die gesâhmâßige Austräge) a. 1495. in Comitibus Wormatiensibus per Ordinationem Cameralem §. 25. à MAXIMILIANO I. Imp. institutis, & quidem in favorem Immediatorum atque Imperii Statuum, ne Illorum Controversiæ aliis unicâ statim Sententiâ transigendæ, ulterius privarentur Appellationis beneficio, eo quo deterioris forent conditionis ac vel Cives mediati; -- Austregas hæc Legales CAROLUS V. deindè in Comitibus Worm. a. 1521. ac postea per Ordinationem Cameralem a. 1555. Jure perpetuo confirmavit. -- Omnes Imperii Status & Cives immediati, Legalibus hisce Austregis gaudentes in duas distinguuntur Classes: prima continet Principes iisque dignitate pares (Fürsten, und Fürsten-mâßige) E. C. gefürstete Bischöfe, Aebte, Prâbste, Commendatores &c. Tales gaudent Jure Austregarum illimitato, vi cujus citrà Exceptionem semper conveniendi sunt coràm Austregis, sive cum Paribus sive cum Inferioribus agatur -- altera Classis comprehendit Prelatos simplices Imperii, Comites, Barones atque Nobiles immediatos -- tales gaudent Jure Austregarum Limitato, vi cujus conveniendi sunt coràm Austregis ab Actore Ipsis eminentiore, ac vel Æquali aut saltim non inferiore, secus à Mediato. -- Pro diversitate Personarum diversi constituuntur Austregarum Judices -- sic si Persona 1mi Ordinis, scilicet Princeps, conveniatur ab Actore ejusdem Classis, cæd Principe, tunc Reus intrâ Mensem 4. è diversis

diversis Domibus Principes: duos Ecclesiasticos, & totum Seculares, ultra 12. Milliaria ab Actore haud diffitos tenetur nominare, ex quibus Actor unum eligit, qui per Consiliarios suos Litem definit -- Si vero Princeps ab Actore secundi Ordinis, sive à Prælati simplici, Comite aut Nobili ac vel Mediato quodam conveniatur, in tali casu O. C. de a. 1555. Tit. 4. §. 6. octo Vias constituit, ex quibus 3tia & 4ta tantum sunt frequentiores: quò ad 3tiam Viam: Elector sive Princeps conventus ab Inferiori, tres Principes regentes impartiales designat, ex quibus Actor unum potest eligere -- quò ad 4tam Viam: talis Actor contra Principem impetrare valet ab Imperatore Commissarium impartialem, quem ad minimum oportet esse sive Prælatum, sive Comitem, -- ubi tamen in Petito expressis Verbis supplicandum est: pro impetrando Commissario auf die Austräge, cum aliis petita simpliciter Commisione Cæsareâ, intelligatur, & concedi solet: Commissio aulica, (sive Delegation von Hof aus.) -- Coram constitutis hujusmodi Arbitris statò tempore formatur Processus ad summum intra annum & diem terminandus, quodsi Sententiâ publicatâ, à Parte succumbente intra fatalia non appelletur ad alterutrum Imperii Tribunal, transit in Vim Rei Judicatæ. -- Acta verò intra 6. Septimanas ad Aulam vel Cameram transmittenda sunt Partis reæ expensis. -- Huc faciunt I. P. O. art. 5. §. 56. R. I. N. §. 105. R. Visit. N. §. 9. Cap. art. 18. §. 3. 4. 5. -- Vide sis Jo. FRID. HOFFMANN, Modus, & Norma instituendi, & prosequendi Processum Austregarum. Wetzl. 1720. -- Cocceji Diss. de Austregis Francos. 1690. Ejusdem Diss. de Notione, & Executione Austregarum. ibid. -- Jo. WOLFG. TEXTOR. Dispp. Acad. ad R. I. N.

- (5) Hoc vel est Limitatum, quatenus ad certas causas, ac vel certam summam appellabilem est restrictum -- tales autem summa appellabilis intelligitur, quæ excedit summam illam appellabilem ordinariam & generalem, quæ juxta R. I. N. §. 12. est summa 600. Flor. -- vel tale Privilegium de non appellando est illimitatum, vi cuius à Statuum Judicii ad alterutrum Imperii Tribunal appellare non licet, hæc provocandi Libertate penitus sublata; -- tale Privilegium ante omnes primi impetrarunt Electores in A. B. Tit. 17. §. 3. -- ast mirum est, hoc Privilegio Electores ab Initio non usos fuisse, nec vel hodiè non nullos eodem uti -- sic Electores Palatinus ac noster Coloniensis, non nisi Privilegio ad summam 1000. Aureorum limitato usi sunt usque a. 1652. primus, & ad a. 1653. alter, quo tempore à FERDINANDO III. Imp. novam Privilegii de non appellando illimitati confirmationem impetrarunt -- hujus etiam Privilegii in Usum mox deducendi gratiâ, ipse sereniss. Elector noster p. m. MAXIMILIANUS HENR. ritè instauravit diversa diversarum Instantiarum Judicia, & quidem pro prima: die Unter-Ober-Hof- und Officialat-Gerichte, pro alterâ ceu Instantiâ Appellationis für alle Untergerichte dieß- und jenseit Rheins: das weltliche Hof-Gericht zu Eöln, unâ cum Præside & 9. Commissariis ceu Adfessoribus, -- pro 3tia autem & ultimâ ceu Revisione: ipsum Consilium Regiminis aulicum (den Erzstift-Eölnischen Hof und Regierungsrath) -- Exortis interea Statuum Provincialium Gravaminibus ipse MAXIMIL. Elector commotus, permittit ad interim Appellationes saltim in Petitorio, expressâ tamen hac Clausula: in so lang bis man sehe, ob des Landes Nothdurft und Nutz ein anderes ersfordere -- salva quoque summâ appellabili 1000. Aur. hætenus constanter observatâ. -- mutatis hodiè rerum Circumstantiis & Mentem mutavit alter MAXIMILIANUS noster Eminentissimus gloriosè Imperans, Cujus Declarationem solemnem unâ cum Gravaminibus, Cameræ Imperiali exhibitis, docet Impresum de a. 1768. für; gefasste An- und Ausführung der Erzstift-Eölnischen Gerechtsamen puncto Privilegii de non appellando &c. Vide sis Cap. tit. art. 18. §. 3.

- (6) Quod hunc habet effectum, ut ex Territorio Statuum tali modo Privilegiatorum, Subditi in prima Instantia nequeant evocari ad summa Imperii Tribunalia, sed coram Magistratu suo ordinario debeant conveniri, -- tali Privilegio, quatenus hodiè est Juris univèrsi, omnes sine exceptione gaudent Imperii Status, -- exceptis tamen illis, quorum prima Instantia est in Judicii Provincialibus Cæsareis sive Suevicis, sive Franconi-



cis ac vel Rotwilensi &c. -- Aliundè etiã fieri potest, ut Mediati in primã Instantia evocentur, itã ut Jurisdictio Cæsarea primi Fori in illos exercentur Causarum naturã eandem Fundante -- vel in causis Imperij Fiscalibus -- vel ob continentiam causæ: ubi Mediatus in eãdem causã convenitur cum Immediato -- ac vel ob Beneficium miserabilium Personarum, id quod hodiè tamen vix obtinet, Viduis atque Pupillis plerùmque singulari Privilegio gaudentibus in singulis diversorum Statuum Territoriis -- sic in Patria Coloniensi Viduæ atque Pupilli Jure gaudent mox provocandi ad Consilium Electorale Regiminis aulicum.

- (7) Vigore hujus Privilegii & Terras Austriacas & Burgundicas ab ipsã Imperii Jurisdictione exemptas deprehendimus -- vide sis Pactum CALOLI V. Imp. cum Circulo Burg. d. a. 1548. apud SCHMAUSS. in Corp. J. publ. p. 121. conf. SCHRÖTTERI östreichisch. Staats-R. T. I. p. 66.
- (8) Cujus vigore Reo Liberum est eligere alterutrum Imperii Tribunal, itã quidem, ut ab Actore sit interrogandus, in quo malit conveniri? -- Reus intrã 2. Menses respondere tenetur -- tale Privilegium Sueciæ Regi unã cum Domo Brunsvico-Lunenburgicã concessum legitur in I. P. O. art. 10. §. 12. -- vide R. I. N. §. 105. -- Hujusmodi autem Privilegia cum pessimi sint Exempli, Legibus cautum est: Nemini in posterum tale Jus ab Imperatore de novo esse concedendum, Cap. art. 18. §. 1, 2. etiam art. 10. §. 2. -- Cf. R. I. N. §. 116.

#### IV.

*Consilium Imperiale aulicum* (kays. Reichs-Hof-Rath) est Collegium in *Aulã Cæsareã* arctissimè adhærens Personæ Imperatoris (1) Cujus tanquã supremi Capitis (2) nomine in Causis Imperii tam *Italicis* quã *Germanicis* Jus dicit, aliàs concurrentem habens cum *Camera* Jurisdictionem (3) consistens ex *Præside* (Reichs-Hofraths-Präsidenten) (4) *Procancellario Imperii* (Reichs-Vice-Kanzler) (5) *Pro Præside* (Reichs-Hofraths-Vice-Präsident) (6) & *Consiliariis Imperialibus aulicis* (Reichs-Hof-Räthen) (7) partim *Catholicis*, partim *Aatholicis*, in duo *Nobilium* atque *Eruditorum* Scamna distributis, à solo *Cæsare* constituendis pariter ac sustentandis. (8)

- (1) Quatenus sub duplici Respektu consideratur: tanquã Consilium Cæsaris -- & Imperii Tribunal - in ipsa constitutum Aulã Cæsareã, à solo Imperatore dependens, non Statuum solummodò, sed & Juribus Cæsari reservatis primariò invigilans, undè strictior Ejusdem quã *Camera* ergã Imperatorem Nexus apparet -- olim Cæsari erat pedissequum, quem de Loco in Locum comitabatur -- hodiè siffitur in Urbe Residentiali *Viennæ*, & quidem in ipso Imperiali Palatio, cujus magnam Partem efficit, scilicet in ipsa Imperii Cancellaria, sumptibus Imperatoris & Statuum a. 1730. magnificentissimè exstructã, ubi inter affixas Patronorum Imagines, tres Electorum Metropolitanarum tanquã Benefactorum præcipuorum eminent specialiores -- absens Imperator durante Itinere secum gerit Diarium Stationum de die in diem, de loco ad locum, juxtã quod omnia sibi admiffa ac vel Ejus Redittum expectantia itã subscribit, ut ipsa dies factæ Expeditionis in Consilio, accuratè conveniat cum Loco, ubi eodem die in Itinere morabatur -- sic FRANCISCO I. Imp. in

C

Itinere

Itinere, Oeniponti, defuncto, JOSEPHUS II. glor. imp. fabricari fecit Instrumentum ex Ære, quo accuratum Patris Imp. piæ defuncti Chirographum fuit incussum, ut eo quasi propria Cæsaris Manu cuncta sub Eodem expedita necdum subscripta ritè potuerint subsignari -- quale Instrumentum in ipsa postmodum JOSEPHI. II. Imp. Præsentia fuit descriptum.

- (2) R. H. O. Tit. I.: "dessen oberstes Haupt und Richter Wir allein, und ein jeder Römischer Kaiser selbst ist," -- olim ipsi Imp. tanquam supremi Judices sedebant in Judicio Sententias ferentes -- teste Documento CAROLI IV. Imp. de a. 1353. in der Donawertischen Information, p. 245. "Wir Karl von G. G. Röm. Kön. bekennen und thun kund öffentlich mit diesem Brief, daß Wir zu Gericht gesessen zu Speier an dem nächten Freitag nach sanct. Andreas Tag," -- sic FRID. III. Imp. sæpius in Judicio Præsidium habuisse legitur in Causis Principum, Quæ non Scriptis, ut hodiè, sed per Prolocutores oretendus ventilabantur, Cæsaris Præsentia vel indè magis requisita --
- (3) Quam Status diù noluerunt agnoscere, plurimis longissimisque Controversiis hinc indè ventilatis, -- tandem per Pacem Westp. in plenum Imperatoris favorem tota Lis sopita fuit atque decisa, I. P. O. art. 5, §. 54.
- (4) Olim vocabatur: magnæ Imperialis Curia Magister Justitiarius -- Vigore Cap. art. 24. §. II. & O. C. I. A. Tit. I. §. I. ex superiore Nobilitate Germanicâ, sive ex Principum, sive Comitum, ac vel Dominorum Ordine ab Imperatore cooptandus -- præsidet in Consilio sub Baldachino ante Cæsaris Imaginem, cujus Personam repræsentat -- Principi tamen in Consilium vocato relinquere debet Præsidium, ac discedere -- in Regula non habet Votum, nisi in paribus Decisivum -- solus habet Protocollum Votorum, in Consilio Cista inclusum, cujus Clavem ipse adservat, Inspectionem ac vel Extractum nemini permittendo -- fixos habet apud Cæsarem Audientia Dies -- hodiè apud JOSEPHUM glor. imp. singulis post Prandium diebus Dominicis, ad exhibendam Listam præsentiarum, continentem ejusdem Hebdomadis omnia sub suis Rubricis judicata, quæ indè vocantur Septimanalia -- quæ singula juxtâ formam Indicis adservantur à Cæsare, ut mediante tali compendio ipsam saltim rerum Notitiam uno quasi intuitu possit imbibere -- præterquàm quod omni novo Anno Imperatori habeat exhibere majorem ELENCHUM Rerum atque causarum tam elaboratarum quàm pendentium, cum Specificatione Re- & Correferentium, & quò anno & die acceperint, quo usque pervenerint, additis singulorum Rationibus, cur nondum abolverint &c. -- Vi Muneris sui est Consiliarius Cæsaris intimus, & Conferentiarum Imperii Minister -- undè insimul habet pro Salario 20000. Flor. -- præterquàm quod ex omnibus in Consilio distributis duplam capiat Portionem -- illustri hoc Officio hodiè fungitur: Excel. Comes ab HARRACH.
- (5) Qui præsentatur ab Electore Moguntino, cujus Loco & Nomine omnia S. R. I. Archi-Cancellarii Jura sibi Mandata in omnibus Imperii Negotiis in ipsa exercet AULA CÆSAREA -- est verò & substitutus Eminentiss. Electoris nostri Col., cujus tanquam Archi-Cancellarii per Italiam, Loco & nomine ipsam quoque Rerum Italicarum habet Expeditionem -- Est Minister Status (geheimer Conferenz-Minister) -- uti in ipsa Conferentia post Seniores, sic in Consilio post Præsidem primus est, quo absente potest præfidere, id quod hodiè vix observatur -- est Caput Cancellariæ Imperialis aulicæ, undè citrà causæ cognitionem ad Eum pertinent omnia Imperii Extrajudicialia, Gratia, & Ministerialia, quæ non nisi præviò ab Eodem subscripta ad Ipsum perveniunt Imperatorum -- dicitur: Os Cæsaris, quatenus Vasallis coràm Throno investiendis respondere habet Loco Cæsaris -- ubi in Causâ Votum ad Imperatorem à Consilio fuit delatum, potiores Ejusdem sunt Partes -- Ministri Statuum Eorumve Legati primam Eidem Visitationem præstant honorariam, primario in Aula Status-Ministro, ceù Principi à Cauniz alteram exhibentes -- ab Electore Mogunt. ut èt Eminentiss. suo Principali citrà Imperatoris Auctoritatem avocari nequit ab Officio, id quod nec morte Archi-Cancellarii sed solius Cæsaris expirat -- impræsentiarum splendido hoc Munere ornatum veneramus celsiss. Principem de Colloredo.

(6) Hic

- (6) Hic superioris quoque debet esse Nobilitatis Germanicæ -- pro praxi tamen sufficit, modè sit neo-Baro--in absentia Præsidis dirigit Senatum, non tamen sub Baldachino--aliàs præfente Præside primus est Consiliarius in Scamno illustri -- ex quo primum fert suffragium -- sed Turnum non habet--
- (7) Secundùm Leges Imperii primævas hi omnes æquè ex primâ Nobilitate Germ. ab Imp. erant constituendi--undè olim vel Principes fuere. vel Proceres, àc vel Dynastæ Imperii--ex quo autem negotia invaluere ampla nimis atque ardua, hodiè in duo: Illu strium nempè, àc Eruditorum, Scamna dispescuntur -- præter non nullos Exspectantes ceù Supernumerarios, Consilarii actuales numero sunt 18. inter quos existunt 6. conf. Augustanæ additi -- adhuc sub FRANCISCO I. Imp. Consilium incedebant Amistū hispanico vestiti, id quod abrogavit JOSEPHUS II. glor. imp. gnarè innuendo: Se Germanorum non hispanicorum existere Imperatorem.
- (8) CAROLUS VI. Imp. auxit Eorum Salaria & quidem Illu strium: ad 2600. Flor. Eruditorum verò: ad 4000. Flor. -- præterquàm quod feudis in neo-Vasallos translatis dividant LAUDEMIA -- ex quibus à neo-Rege SARDINIÆ nuper solatis eujusque portie fuit: 8000. Flor.

V.

Hic *Senatus Imperialis aulicus* æquè verò àc *Camera* jurat in Leges Imperii (1) undè vi Pacis W. art. 5. §. 55. obligaretur quidem ad ipsam *Ordinationem Cameralem* (2) per omnia observandam, àc vel ad eandem, *Ordinatione Senatûs aulici* (3) nil definiente, saltim in Subsidium vocandam, in Praxi tamen id non adedò strictè observatur.

- (1) hæc clausula a. 1742. instigante Elef. Sax. Capitulationi CAROLI VII. Imp. fuit inserta. -- vide R. I. N. §. 105. -- Cap. art. 24.
- (2) [*Kammergerichts-Ordnung*] in comitiis Worm. a. 1495. vnanimi Imperatoris MAXIMIL. I. & Statuum Auctoritate primùm sancita -- postea sæpius immutata -- tandem à. 1555. in comitiis Aug. sub FRID. I. Imp. in hodiernam Formam redacta & publicata -- in singulis quoque Capp. confirmata -- multis tamen modis ex post cùm suppleta tum pro rerum circumstantiis emendata fuit àc vel immutata -- undè supplementis hisce atque Emendationibus à Camerâ sensim in vnum concinnatis, a. 1613. Ordinatio nova Imperio fuit oblata, necdùm confirmata -- interim tamen provisoriè agnita -- quæ idedò audit: Conceptum Ordinationis Cameralis -- extat apud SCHMAUSSIUM in Corp. Jur. publ. p. 330. -- optima ejus, quæ prodiit, Editio est illa cum Notis Jacobi de ZWIERLEIN, Francof. 1752. 4. -- de Concepto hoc renovatæ Ordinatio, Cam. gnarè differuit Henr. LYNK. Altonæ. 1755.
- (3) [*Reichs-Hofraths-Ordnung*] à FERDINANDO I. a. 1550. primùm lata -- à RUDOLPHO II. emendata -- à MATTHIA Imp. in comitiis Norimb. a. 1615. Statibus communicata -- ab iisdem Glossis illustrata, -- anno subseq. 3. Julii Prægæ publicata -- nec tamen in Vsum fuit deducta -- donec FERDINANDUS II. Imp. novam Ordinationem hodiernam concinnari fecit & publicari -- Statibus inauditis, legitimam ejus Revisionem frustra expetentibus -- undè continua desuper Imperii gravamina, primùm à tempore CAROLI VI. per Capp. vel eo sensim sopita, quod dicta Ordinatio à Statibus saltim provisoriè fuerit agnita -- huc per-

pertinent: Decretum CAROLI VI. & Kayser JOSEPHI II. Decret an den kaysrl. Reichs-Hofrath d. d. Wien. 5ten April. 1766. neue Staats-Kanzley. Tom. 17. p. 419. & T. 18. p. 363. -- Vide sis: MOSERS pragmatische Geschichte und Erläut. der kaysrl. Reichs-Hofraths-Ordnung. Frf. 1751. &. 52, 8.

## VI.

In hoc *Judicio Imperiali aulico*, strictius ac in *Camerali*, omnia tractantur in *Pleno* (1) *Consiliariis* juxta *Turnum* alternatim publicè re- & correferentibus (2) in *Definitivis* ad minimum requisitis octo præsentibus *Consiliariis* suffragantibus, ac vel *Voto* non nunquam ad *Imperatorem delato* (3) in *Causis* præsertim *gratialis*, ac vel *ponderosioribus* ab ipso *Cæsare* sivè *ex Officio* sivè *ex aliâ demùm politicâ Ratione Status* (4) decidendis, *Paritate Religionis* saltem *per Fictionem* hîc obtinente (5)

- (1) cùm in ipsâ totius *Consilii* congregatione -- *Camera* nec ordinariè nec continuè, aut certo quodam tempore convenit, non nisi urgente necessitate convocanda, *causis* scilicet *occurrentibus* non aliter quàm in *Pleno* tractandis.
- (2) *Turnarius* primis duabus horis refert per ostidium -- uti & *Correferens* duabus horis subsequentibus -- nullo interloquente, ne fiat perplexus -- cæteris *consiliariis* specialiora in chartam notantibus, -- quò melius valeant *Rem domi* discutere -- ac vel *vota* adferre in scriptis *Protocollo* inferenda -- maxime in *causis illustribus* -- aut quæ plures ob *materiæ* gravitatem requirunt *sessiones* -- *Consiliarius* durante *Relatione* vel semel *absens* in tali *causâ* non habet *Votum*, *ex Decreto CAROLI VI. Imp.* // *Vota* colligit *Præses* // incipiendo regulariter à *Scanno Eruditorum* // exceptis tamen *causis illustribus* // *singuli* ferunt *Sententiam* breviter // absque omni singularitate *Hetherodoxa* // auditis aliorum *Rationibus* *Votum* modò *latum* adhuc mutari potest // in ipso autem *Consilio* // & cum *Licentiâ Præsidis* // hic in *paribus* decedit // in *discrepantibus* valdè & *divisis* adlaborat, ut *conveniatur* in *majora* // aliàs fit *Votum* ad *Imperatorem*, //
- (3) Tale *Votum* vel expressè *exigitur* ab *Imperatore*, vel ad *Eundem*, monente *Præside*, aut *Referente*, aut quolibet alio, *desertur* // concipitur autem *Votum* ad *Imperatorem* à *Referente*, ità ut *adloquatur* ipsum *Cæsarem*, *Eique* referat *factum*, *momenta causæ*, *Rationes* *dubitandi* & *decidendi*, unà cum *Consiliariorum* *suffragiis*, prælegitur *Consilio* & *adprobatur*, *subnotatis* à *Secretario Præsentium* *nominibus* // traditur *Procancellario* à quo *desertur* ad ipsum *Imperatorem*, qui *communicato* *Procancellarii* & *Referendariorum* *Consilio* *decidit* // *Resolutio Cæsarea* *Voto* *inscribitur* per *Procancellarium*, à quo *traditur* *Consilio* // *aulico* ad *publicandum*, Vide sis *Cap. art. 16. §. 15.*
- (4) (*Staats-Ursach*) *Raison d'Etat* // undè *Sapientia gubernativa*, cùm *Artes imperandi* *ex Politicâ* *depromptæ*, ipsi *cujusque* *Reipublicæ* *genio*, secundum *prudentiæ* *Regulas*, *accommodatæ* // de tali *Ratione Status*, *Germanicæ* *attemperandâ*, *HENRICES* ad *Instr. Pac. p. m. 888.* sic *differit*: "ex quo *Status* *Imperii* *foederum pangendorum* *inter se* & cum *exteris* *facta* est *potestas*, *necesse* fuit, *Media* *cogendi* *infirmiora* *reddi* & *solutio-* *rem* *Reipublicæ* *vim*; hæc *præfens* est *Facies* *nostri* *Imperii*, & *huic* *artes* *regnandi* *ac-* *commodandæ* *sunt*: *nimio* *rigore* & *veteris* *Potentie* *memoriâ* *nul* *profeceris*, *quin* *Res* *tuas*

tuas potius in periculum adduces, quoniam nullo tempore consultari est, cives intempestivis Imperiis commonefacere, quantum impunè agere liceat, cum lubet; utinam C. I. A. hoc sibi dictum putet, veteris potentiae nimio amore contra Stimulum saepe calcitrans, & manifesto Principis sui praedjudicio atque damno, vim suae Jurisdictionis non nunquam exponens contentui Eorum, qui flecti aliquando commodo obsequio, frangi non possunt.,  
 Unde B. de CRAMER in Process. Imper. §. 502. ita scribit: "non mirum, cur in Consilio Imperiali aulico haud raro accidere soleat, ut, ubi Ratio Status intrat, Mandata s. c. non contra ipsos immediatè Status Potentiores, sed Eorum Dicasteria decernantur, & hoc Domino regnanti per Rescriptum notificetur, mit dem Anhang: kaysrl. Maj. versehen sich zu seiner Billig- und Gerechtigkeits-Liebe, es würde Derselbe das Verfahren seiner Regierung misbilligen, und den Impetranten Klages stellen, damit nicht nöthig, das gebettene Mandatum zu erkennen., " huc facit consilii Imperialis aulici Votum de a. 1724. 17. Febr. hujus tenoris: "nachdem aber hierbei, wegen der Cron Frankreich und derer Parliamenter eine besondere circumspection, nach Erforderung des Status publici, zu gebrauchen seyn will, und das Sitema Juris nicht allein in Scientia, sondern auch, und surnämlich in prudentia und discretionem Rerum publicarum & privatarum besichet: " also ist gehorsamster Reichs-Hofrath nach Beschaffenheit dieses falls der fernern rechtlichen Meynung: Es sey vor jezo, nach der Situation des sonst vielen motibus subitaneis unterworfenen französischen Gouvernements, zu Verhütung aller sonst mit der Cron Frankreich, auch nur oblique & indirecè besorgenden Beschwerlichkeiten, von dem begehrten Mandato s. c. inhibitorio, ad partem was den an selbige Cron unternommenen Recurs anlanget, ingleichen dem hierüber (in Ansehung derer vielen dabei veranlasten gefährlichen Motuum) sonst wohl verdienten Processu Fiscali, in Specie Bannitorio, zu abstrahiren &c., conf. MOSER von der Staats-Justiz in Absicht auf Deutschland. Regensp. 1773. 4.

(5) I. P. O. art. 5. §. 55. // R. H. O. Tit. 1. §. 2. // conf. MOSER Geschichte der R. H. O. Tit. 1. p. 427. 199.

## VII.

*Cancellaria Imperialis aulica* pendet ab Electore Moguntino tanquam S. R. I. *Archicancellario*, Cujus in *Aula Caesarea* vices gerit Eiusdem & Imperii Pro-ceu *Vice-Cancellarius*, (1) in qua omnia Imperii Negotia ceu *Acta publica* non nisi *Idiomate* vel *Germanico* vel *Latino* (2) expediuntur; Personæ huc pertinentes praë primis sunt; ambo *Referendarii* (3) -- *Concipistæ* -- *Expeditores* & *Cancellistæ* (4) -- *Taxator Imperii* (5) -- *Registraturæ* *Judicialis* *Protonotarius* (6) & *Registratores* (7) -- *Fanitor* (8) demùm, -- *Agentes* (9) eorumque *Sollicitatores*. (10)

(1) Vide Positionis IV. Not. 4. h. t. -- Hic in Verba Imperatoris æquè ac MOGUNTINI jurat, secundum Ord. Cancell. MAXIMILIANI II. Imp. de. a. 1570. (Reichs-Hof-Kanzelens-Ordnung) in Corp. J. p. SCHMAUSS. P. 278. -- Eminentissima sunt Ipsius Jura, praesertim in dirigendâ hac Imperii Cancellaria, ubi Imperator non tam habet jubere, quam potius Vi Capitulationis Art. 25. §. 4 tenetur, omnia Imperii Negotia ibi Procancellario committere expedienda -- Vid. Jo. Chr. WAGENSEIL, Diss. de Vice-Cancellario Imperii, Aitdorf, 1686.

(2) Vigore

- (2) Vigore Capitulationis art. 23. §. 3. -- Undè utraque hæc Lingua vocatur: Idioma Imperii -- indè duplex quoque in Cancellaria obtinet Expeditio: altera Germ. altera Lat. --
- (3) (Reichs-Referendarien) alter germanicæ alter latinæ Expeditionis, quorum in Conferentiis imperialibus, ceù in gratialibus expediendis ac vel ministerialibus potiores sunt partes -- præsertim ubi à Consilio Aul. latum est Votum ad Imperatorem: quo Casu ipse Imp. non, nisi communicato Procancellarii atque Eorum Consilio concludit.
- (4) Constituti pro Vtrâque Expeditione, quam adjuvant: potissimùm describendo expedienda.
- (5) Officium Taxæ (Reichs-Tax-Amt) constituunt: Taxator Imperii, Tax-Amts-Gezgenhändler, und Tax-Amts-Adjunct. -- dependet à Moguntino -- taxare habet ipsas Gratialium aliarumque Expeditionum Sportulas -- juxtâ Ordinationem Taxæ novissimam: Electoris JOAN. PHIL. -- citrà Statuum Auctoritatem nec augendam nec immutandam -- Taxa cujusque Expeditionis gratiosæ intrâ 3. Menses exsolvenda sub poena nullitatis vigore Cap. art. 22. §. 12. -- Tota autem Cancellaria ut plurimum ex Taxa subsistit -- Procancellarius Receptionem habet, & Salariorum ex indè distributionem -- Liquidatione cum MOGUNTINO singulis annis instituendâ -- quoties Consilio Aulico exsolvitur LAUDEMIO, toties Cancellaria exposcit (die Anfalls-Gelder) præter Honoraria (Douceurs) Hæreditariis Throni-Officiis debita -- neo-Nobilitatus præter Ordinarium, quatuor solvit Rescripta: ad tres Archi-Cancellarios & Camera dirigenda -- Taxa remitti nequit ac vel moderari nisi à MOGUNTINO, cui soli in casu gravaminis competit Cognitio -- sic vel ipse Imperator, si quem Gratis voluerit nobilitare, ad Taxam tenetur --
- (6) Cujus præcipua est Cura Protocolli Rerum exhibitarum.
- (7) Qui adservandis Actis sunt præfæcti.
- (8) [Reichs-Hofraths-Thür-Hüter] Exhibita in Senatum adfert, jussu Præsidis exsequitur, & conclusa Agentibus insinuat --
- (9) ceù Procuratores, numero circiter 30. inter quos 6. ad 7. Protestantes -- prævio duorum Deputatorum Examine admittuntur à Præside C. I. A. -- Præscitu tamen Procancellarii ad Juramentum admittendi -- ex post non nisi à Cæsare Officio privandi -- singulari indigent Legitimatione ad Processum, per Mand. Procuratorium generale juxtâ Formulam Imperii Legum præscriptam &c. -- Cautio de Rato & Mandato non admittitur ultrâ Litis contestationem -- ad actus præjudiciales e. c. jurandi, transigendi, &c. novo indigent Mandato speciali -- Statibus Liberum est, specialem sibi ac proprium Agentem constituere -- clausas ad Imperatorem Litteras mittere citrà Agentis Subscriptionem &c.
- (10) Hæc quoque pertinent Secretarii Consiliariorum, Notarii, aliæque Personæ Accessoriæ, quæ æquè ac Principales ab omni aliâ, quàm ipsius Consilii Imperialis aulici Jurisdictione sunt immunes. R. H. O. Tit. 1. §. 8.

## VIII.

Camera Imperii (das kaysersl. und des Reichs-Kammer-Gericht zu Wezlar) (1) æquè supremum est Imperii Tribunal, quod Cæsaris ac Statuum simul Personam sustinens (2) Jurisdictionem exercet in omnes & singulos Germanicæ Status ac Cives, consistens ex triplici Corpore, imo: Judicis (Kammer-Richter) (3) Præ-

42

*Præsidum* (Kammer-Gerichts-Præsidenten) (4) & *Adfessorum* (5) add: *Cancellaria* & *Lectoria* (6) 3tio: *Advocatorum* & *Procuratorum*; (7) -- in Camera denuò duplex *Judicii Cætus* celebratur: alius in *Audientia* (8) alter in pluribus simul congregatis *Senatibus* (6) in quos *Adfessores* à *Judice* distribuuntur, paritate Religionis, ubi opus, observandâ.

- (1) Vid. *Posit. III. N. 2.* post varias olim migrationes, tandem ab a. 1693. in hunc usque diem *WEIZLARIÆ* sistitur *Judicium Camerale* // fato suo, nescio, vobis an malo? // huc facit *Cap. art. 4. §. 10.* // *conf. de CRAMER, Weglar. Neben-St. P. 34. p. 98. sqq.* // *TAFINGER. p. 24. sqq.*
- (2) *R. I. N. §. 165.* ibi: "des H. R. Kammer-Gericht, als welches Uns samt Churfürsten und Ständen des Reichs repræsentiert," // undè vi *Cap. art. 16. §. 7. & 8.* tenetur *Imp.* hujus supremi Tribunalis honori, Auctoritati, ac conservationi omninò prospicere // simul tamen in *Stilo curiæ* rationem habendam esse honoris ac *Statuum Imperii Dignitatis* sancitur in *Cap. eodem art. 16. §. 4:* "anbey verfügen lassen, damit in denen, ein wie andern Orts ergehenden Erkenntnissen, deren unglimpflichen Ausdrückungen, bevorab gegen die Churfürsten des Reichs sich enthalten werde,"
- (3) *Quem ex Nobilitate Germ.* solus *Imp.* designat, cujus nomine, tanquam *Caput.* *Judicio Camerale* præest // *ratione Religionis* ob ejus *Paritatem* in *Imperio* stabilitam sæpè quidem monitum fuit à *Protestantibus*, ut saltem *Alternativa* hac in *Re* iuduceretur // sed uti frustra hucusque, ita certò & imposterum // *CLERICI* tamen nostro adhuc *Sæculo* extitere *Camerae Judices*, *Archi-Episcopus* nempe *Trev. Jo. Hugo.* & *Episcopus Bamb. Com.* à *SCHOENBORN.* // in *primâ O. C. dea. 1495. Tit. 1. §. 1.* *Statutum* quidem: ut *Judex* discrepantes *Adfessorum Sententias* componat, ac vel æquales *Voto suo* decidat, sed non observatur // *conf. tamen O. C. d. a. 1555. P. 1. Tit. 13. §. 10.* ubi casus ille planè aliter definitus // *Salarium Judicis* hodiè consistit in 11733. *Imperialibus* // cui accedunt *Jura immunitatis*, quibus in *Imperio* ab omni onere præditus existit.
- (4) *Sunt* utriusque Religionis *Personæ illustres*, à *Cæsare* constitutæ, ut, quandocunque opus, deficientis *Camerae Judicis* vices suppleant // *Præsidum* etiam *Clericorum* *Exempla* fuere: *Præpositus COMBERGENSIS* a. 1501. & *Abbas HORNBACENSIS* a. 1556. // præsidet *Audientiis* atque *Senatui*, quem cuique *Judex* assignat // in *Pleno* perindè ac *Adfessores* suum quisque *Votum* ferunt // in *absentia Judicis* alteruter *Præses senior*, sive *Cath.* sive *Evangelicus* totius *Judicii* fungitur *Directorio* // utriusque *Salarium* est: 3656. *imperialium* // solent quoque *Confiliarii Cæsaris* intimi *Titulo honorari.*
- (5) *Hodiè* ut plurimum 24. ad 25. adsunt *Præsentati*, sed 17. tantùm veri *Adfessores* // 9. semper *Catholici*, 8. *Protestantes* // nec præsentato *Cath.* prodest mors *Adfessoris* *Evang.* nec vicissim // nec *Præsentanti* alium licet præsentare, quàm ejus *Religionis*, quæ *Pacis W.* tempore illi fuerat, etiamsi nunc ipse aliam profiteatur *Religionem* // *Præsentandus* debet esse *Germanus*, legitimæ *nativitatis*, sive *nobilis*, sive *Gradu academico insignitus* // non *Juris tantùm Scientiâ*, sed *Praxi* quoque imbutus, sive in *Principum Ministeriis*, sive in *Negotiis Judicialibus*, ac vel docendo in *Academiis* versatus // præter *Examen generale*, *Relationis Elaboratione* specialiter tentandus // existentibus hodiè, præter *Adfessores veros*, pluribus præsentatis quam *Salaria* patiuntur, fieri nequit, ut quisque præsentatus statim ingrediatur munus, expectantibus aliis ejusdem *Religionis* prius præsentatis, in perceptione *Salarii* meritò præferendis, hinc necessum est,

est, ut absoluto speciali Examine, Præsentatus (cujus interea Relatio obsignata custoditur) cedat præsentato seniori, atque ita revertatur ad Lares, vocationem expectaturus. // Excepto tamen præsentato Cæsareo statim succedente // de cetero indultum est Adfessoribus axioma: Senatorum Imperii, quatenus Cæsaris à Statuum Personam sustineant // unde O. C. part. 1. T. 9. sic habet: "die Beystzer in Betracht, daß sie von uns, als R. Kayser, auch Churfürsten, Fürsten und Ständen des H. Reichs an solche hohe Justizien verordnet, und an unser und Ihrer Statt Eigen, uns und dieselben dieß Orts tanquam perpetui togati Senatores in Senatu Imperii, præsentiren., // Vestitu, Munere hoc, digno incedere jubentur, unde in Negotiis publicis nigro amictu Hispanico utuntur, omnes gladiati // præter Salarium 4000, Flor. æquali cum Consiliariis Imp. aul. immunitate gaudent, & caractere // vide sis PÜTTERI Introd. in Rem Judiciariam Imperii P. 2. C. 3. Goetting. 1752. 4. // conf. Jo. Jac. REINHARDS Erläut. des Rechts der Reichs-Kreysse die Beystzer des R. N. E. G. zu præsentiren ( in seinen juristisch-historischen Ausführungen P. 1. p. 129, seq. Gief. 1745. 8.

(6) Hæc principaliter extra - Judicialibus dicata est Negotiis, Rerum cameralium Expeditionem propriè sic dictam curans // æquè dependet à MORGUNTINO ceu Imperii Archi-Cancellario, cujus est constituere Personas Cancellariæ, ex Taxa redditibus sustentandas // inter quas præ primis sunt: Director (Kanzley-Verwalter) // Proto-notarii, quasi totius Camerae Secretarii // Notarii, quasi singulorum Senatuum Secretarii // Lectores, quasi Archivarii, Acta judicialia digerentes // Taxator (Tax-Einnehmer) // Completor: Recessus à Procuratoribus lectos, suæ quosque causæ adscribens // INGROSSISTÆ: conceptos Processus describentes // quorum adjunctis scribendis supersunt 15. circiter Copistæ // hæc Personæ duplex efficiunt corpus: Cancellariæ scilicet, & Lectoriæ, quæ Archivi instar adservandis potissimum actis superest // unde in Lectoria quævis sunt actorum inspectiones //

[7] Officium Camerae Advocatorum à generali cujusque Advocati Munere vix differt // ab ipso camerali Judicio citrà definitum numerum constituuntur // præviis generali & speciali examinibus // requisitæ eorum qualitates sunt: honesta natiuitas, ætas legitima, academicum æquè ac pragmaticum studium, vitæ integritas, Religio demùm sive Cath. sive Evang. // requisitæ Procuratoris qualitates hoc solo continentur: ut fuerit aliquandiu Advocatus Camerae, // unde Procuratores simul agere possunt partes Advocatorum // illorum numerus, cum observanda Religionis paritate, præscriptus est XXX. // habitus Procuratorum sollempnis in veste nigra cum pallio sine Gladio consistit //

[8] Audientia consistunt ex alterutro Præside, vno juxtà ordinem Adfessore, Proto-notario, Notario, Lectore, & singulis Procuratoribus // quales cœtus publicis quibuscunque Judicii actibus dicati uniuersam Cameraam repræsentant // ibi præ primis publicantur Sententiæ, // leguntur Procuratorum Recessus, singuli ad ordinem quò referuntur sive Sententiarum, sive Reproductionis, vel Novarum aut denique Terminorum // Jura juranda ac vel Cautiones Judiciales hic quoque præstantur // Audientia celebrantur singulis diebus Lunæ, Mercurii, & Veneris post Meridiem à medio 2dæ, ad horam 3. //

[9] Judex Camerae omnes 17. Adfessores ita generatim dispertit in suos quosque Senatus, ut eorum regulariter quatuor constituantur, & quidem vnus ex quinque, tres verd ex quatuor Adfessoribus consistentes // ad definitivas tamen, aliasve majoris momenti causas, Senatus requiritur formandus ex sex ad minimum Adfessoribus // quandòque augendus novâ, quam vocant, Adjunctione, si vel paritas Votorum, vel alia justa causa id exigit // sic in causis Restitutionis in integrum, Senatus necessariò consistit ex 10. Adfessoribus // in vno, ubi libet, Senatu Directorium gerit ipse Judex, qui præficit duobus aliis Senatibus ipsos Præsides // duo



duo Senatus semper appellantur *Combinati*, ut, quotiescunque Senatus quidam augendus, alter alteri possit accedere -- ea, quæ peraguntur in quovis Senatu, consistunt: in referendo, votando, atque concludendo -- in uno hoc atque unico Casu non observatur *Paritas Religionis*, ubi ejusdem Religionis NB. Mediati sunt Litigantes -- si Vota sint paria, si vè si cta adsit paritas, necessaria est adjunctio Senatus, qui, cum rursus incidat in paria, novæ Adjunctioni ansam præbet, continuandæ, usque dùm tandem deveniatur ad Plenum -- quod si verò paria in Pleno adsint, in iis quidem Causis, ubi ob Religionis paritatem Jus eundi in partes obtinet, remissio ad Comititia locum habet; in cæteris autem quibuscunque Negotiis revera res exitu caret, neque Judiciis conceditur decisio -- singuli Senatus singulis diebus profectis conveniunt horis matutinis ab 8vâ ad 11mam.

IX.

Supremi vtriusque hujus Tribunalis *Jurisdictio* tanquàm suis circumscripta Limitibus, vel ex *Jure primi Fori*, vel ex ipsâ *Causarum naturâ* dimetiendis cessat imò: in *Causis ecclesiasticis* (1) exceptis tamen illis, quæ in *Pace Religiosa & Westphalica* definitæ sunt, atque in *Judicium deductæ* (2) -- 2dò: in *Causis Mediatorum criminalibus*, (3) -- 3tiò: in *Causis Circulorum domesticis* [4] -- 4tò: in *Causis Politicæ*, ac vel *Jura Statuum territorialia* concernentibus. [5]

- (1) Hanc Personarum æquè ac Bonorum Ecclesiasticorum Immunitatem ab ipsâ Jurisdictione sæculari, peculiaribus Constitutionibus sanciverunt Imp. OTTO IV. FRIDERICUS II. & CAROLUS IV. -- de Jurisdictione Ecclesiastica Protestantium vide I. P. O. art. 5. §. 48. -- de eo tamen, quid circa Causas Matrimoniales, ipsos Status A. C. additos, concernentes obtineat, variæ sunt Sententiæ -- desuper RIEFFEL, in seinen kritischen Staats-Betrachtungen.
- (2) I. P. O. art. 5. §. 54. -- junge Cap. art. 1. §. II.
- (3) Vide Selecta Juris publ. T. 9. p. 17. sqq. & T. 10. p. 119. sqq. -- conf. MOSER kleine Schriften. T. 9. p. 387. sqq. -- si tamen Judicia Statuum criminalia aut nulliter agant, aut quis Justitiam sibi vel denegari vel protrahi queratur: Provocatio ad Imperii Tribunalia locum habet -- O. C. part. 2. T. 31. §. 14.
- (4) Cap. art. 12. §. 4. 5. -- vide Jo. Ge. ESTOR. de summâ Circulorum germ. Libertate, Marp. 1743. -- conf. STRUBE, rechtl. Bedenken, T. 2. §. 72. sqq.
- (5) Imperator enim promittit: se nihil in fraudem Juris territorialis, præsertim in Negotiis Politicæ atque Rem Fiscalem concernentibus commissurum esse -- nec ipsa etiã harum Causarum indoles appellationem ac vel longam discussionem admittit, -- undè in his Causis appellatio locum non habet, nisi vel super Nullitatibus instituat querela, aut subditi Principem, novâ Lege politicâ contrâ Pastorum Formulam, Legumque Imperii normam Jus ipsis quæsitum violasse probaverint -- vide sis Cap. JOSEPHI. II. art. 1. §. 8. -- R. I. N. §. 106. -- conf. Jo. HEUMANNI, Initia Juris Politicæ germ. C. 32. p. 355. sqq. -- de CRAMER, P. 33. p. 135. sqq.

X.

*Causæ Immediatorum criminales*, (1) & in quibus *Pœna Banni*, (2) cèu Proscriptionis (*des Reichs-Acht und Ober-Acht*) locum habet, summis Imperii *Tribunalibus* rectè quidem vindicantur, ità tamen, ut Acta in alteruto *Tribunali* ad Sententiam usque

D

que

que instructa, directè ad Comitia transmitti debeant, ubi per Deputatos jure jurando obstrictos, ex tribus Imperii Collegiis æquali Religionis numero constituendos examinantur, quorum factâ Cognitione, ab vniverſis Imperii Statibus fertur Sententia, ab Imperatore cùm firmanda, tùm Executioni demandanda (3).

- (1) Jo. Ge. CRAMER, de Delictis & Poenis Statuum Imperii. Lips. 1728. -- Jo. Ferd. Wilh. de NEUMANN, de Delictis & Poenis Principum Imperii. 1753. -- conf. Chr. Frid. MEISTERI Einleitung zur peinlichen Rechts-Gelehrsamkeit. T. 1. p. 343. sqq.
- (2) Lud. Bern. de ZECH, de Proſcriptione Statuum Imperii. Lips. 1735. -- Jo. Phil. CARRACH Bericht von der Reichs-Nacht. Halle. 1758. -- Lud. SCHMIDT essai, de l'Histoire du Ban, ou du vingtieme Article de la Capitulation. Jen. 1761. -- Bannum Contumaciæ Leges noviores omninò abrogarunt. Cap. art. 20. §. II. -- vide MOSERI Nebenstunden. p. 413. sqq.
- (3) Cap. art. 20. §. 2. sqq. -- vide MOSER von Reichs-Tags-Geschäften. p. 181. sqq.

## XI.

Hùc æquè pertinent Cause Fiscales, in Vtroque Tribunali nomine Cæsaris persequendæ (1) quarum tamen olim multo amplior generatim fuit Ambitus, frequentior Vſus, gravius quoque pondus; quin, quod olim etiàm indubitatum erat: naturam Cause in iis contra Mediatos non minùs ac Immediatos supremam fundare Jurisdictionem, id quod hodiè multo majoris est difficultatis. (2)

- (1) Ficalis Imperialis aulicus (conf. Reichs-Hof-Fiscal) est velut Agens seu Procurator Cæsaris, Cujus nomine vel excitatus agit, vel ex Officio, cèu motu proprio, ubi Cæsaris & Imperii interest, ut plurimùm ad Mulctam Fisco applicandam -- duo semper Consiliarii præſcitu Imperatoris à Præside denominantur tanquàm Deputati Fisci; atque ne temerè agat Ficalis, non nisi Communicato Eorùm Consilio agere valet -- in Judicio Camerali æquè constituti sunt ab Imperatore: Ficalis generalis, cèu Procurator, & Advocatus Fisci, -- Vniſque Officium uti Procuratoris & Advocati differt, tantùm ut penès illum sit Directio. -- speciatim hùc pertinet ad Fiscalem: ut Status in solvendâ Matriculæ Cameralis ratâ, normam necessitates ad solutionem adigat -- Cæsaream quoque Librorum Commissionem Francofurti, unâ cum alio ibi degente Commissario, Imperatoris nomine gerit. -- in Audientiis sedet in singulari scamno -- Gladio cinctus -- cæteros Procuratores legendo Recessus antecedens -- Salario fruitor 1777. imp. -- Advocatus Fisci: 1016. imp. -- Fiscus olim vulgò definebatur: "Vir parùm placidus, omnibus invisus, nihil æquitatis in se habens," -- Josephi BONN Diff. de Jure & Officio Fisci Cæsarei. Gies. 1735. --
- (2) Conf. Libellum à Christ. THOMASIO editum sub Titulo: "kurze und deutliche Deduction: daß der Reichs-Hofrath mit nichten besigt sey, der Chur- und Fürsten, auch anderer Stände des Reichs, Rätthe, Diener und andere Unterthanen, unter was für Schein und Vorwand es auch seyn möge, so wohl in peinlichen, als bürgerlichen Sachen in erster Instanz vor sich zu citiren,"

XII.

Ad Causas soli *Consilio Imperiali aulico*, seclusâ *Jurisdictione Camerali*, obnoxias pertinent imò: *Causæ Italicæ* omnes -- 2dò: *Causæ feudorum Imperii regalium* (1) -- 3tid: *Gratialis* & *Causæ Privilegiorum* (2) -- 4tò: omnia & singula, quæ referuntur ad *Jura Cæsari reservata*. (3)

- (1) (*Föhrlchen*) quibus aduexa est Superioritas territorialis. O. C. P. 2. T. 7. ubi tantum sermo est: de Dominio vtili Feudorum Imperii per Sententiam definitivam abjudicando -- vndè iudicium Camerale tam Causas allodial, quàm feudorum minorum suæ Jurisdictioni præterdit esse reservatas: quod exceptio facta solummodò in Ducatibus, Principatibus, & Comitatus, qui feuda sunt Imperii majora ceu regalia, firmet Regulam in Casibus non exceptis -- *Consilio Imperiali aulico* obnovente: quid quid Juris sit in toto quò ad totum, id quoque Juris esse in parte quò ad partem &c. -- vide sis: *FABER. Staats-Causley* T. 15. C. 6. -- *LONDORP* T. 1. p. 23. -- conf. *SIXTINUM* de Regalibus L. 1. C. 8. -- *ITTER* de feudis Imp. C. 25. §. 7. -- *LUDOVICI Einl. zum Lehens-Proceß*. C. 1. §. 35-42. -- de *Judicio Principum*, ceu Paribus Curiaè ab Imperatore in tali Causa adhibendis vide sis *Vitriarium* L. 3. T. 2. §. 62.
- (2) Inter illa, quæ cum Causæ Cognitione à *Consilio I. A.* instituenda sunt, referuntur imò: *Concessio* ac vel *Confirmatio Juris Primogenituræ*, -- ubi in specie requiritur, ut ipsa *Primogenituræ Dispositio* exhibeatur in extenso, eaque quò ad *Apanagia* satis definita -- unà cum *Postgenitorum consensu*, quæ minoribus Tutor constituendus -- 2dò: *Venia Ætatis*, ubi præcipua habetur ratio *Prudentiæ & frugalitatis* à supplicante minoreni per fide digna *Agnatorum Tutorumve Testimonia* probandæ -- 3tid: *Legitimitio*, speciatim cum effectu succedendi, quæ *Locum* non habet nisi omnia iis, quorum interest, consentientibus -- Reliqua citrà *Consilii Imperialis aulici cognitionem*, solius *Imperatoris Clementiæ* committuntur, ità ut ejusmodi supplices *Libelli* exhibeantur *Imperii Procancellario*, & ab *Eo* referantur ipsi *Augustissimo*, veluti: *Conservatoria*, *protectoria*, *salvæ guardiæ* & præ primis *Collationes Dignitatum* (*Standes-Erhöhungen*) de quibus vide *Posit. VII. num. 5. h. t.*
- (3) In *Concessionibus Privilegiorum* veluti: *Nundinarum*, *Academiarum*, *Novellarum* &c. præsertim disquiritur: an fortè *Jus tertii* quæsitum obstat, nec ne? -- undè ejusmodi *Privilegiis* inferitur *Clausula*: "dem *Kaysers und Reiches*, auch männiglich ohne Schaden, -- in specie *Privilegium Impressorium* quærenti observandum: ut in *Petito* offerat, & deindè revera præstet *quinque ejusdem Libri Exemplaria* -- juxtà *Decret. Comm. d. 7. Febr. 1746. n. 10.*
- (4) (*Kaysers Reservaten und Hoheiten*) hæc, præter alia plurima *Majestatis Jura* cum *Statibus communia*, soli & vni competunt, *Imperatori* in toto *Imperio* -- huc spectant præ primis *Reservata Ecclesiastica*, veluti: *Jus Advocatiæ Eccl.* -- *primiarum Precum*, & quid quid *Imperanti Juris* est circa *Sacra* -- de *Reservatis politicis* vide *PREFFINGER* ad *Vitriar. L. 3. Tit. 2.*

XIII.

Inter *Remedia*, quæ adversùs ipsas *summorum Imperii Judiciorum* *Sententias* Partibus gravatis pro diversa *Ratione* competunt, tanquàm magis aut minùs communia referuntur in specie: *Revisio* [1] & respectivè *Supplicatio* [2] *in integrum Restitutio* [3] *Syndicatus* [4] *Declaratio Sententiæ* [5] & demùm *Rekursus ad Comitiam* [6]

(1) ER

- (1) Est Remedium devolutivum, quo gravaminum dijudicatio Visitationi eique annuæ, sed proh dolor! uti post Sæcula vix restauratæ, sic brevi forsitan avocandæ, committitur -- Revisio petenda à Moguntino cœu Imperii Archi-Cancellario -- vel si Ejus interest, à Trevirensi -- intra quadrimestre à die latæ Sententiæ, juxtâ R. I. N. §. 125. -- ad Revisionem ritè instituendam requiritur: Summa revisibilis 2000. imp. in Sorte -- Juramentum Calumniæ cœu Revisionis à Ppali ejusque Advocato Causæ præstandum -- Summa pecuniæ in Casum succumbentiæ deponenda à Revidente -- idonea Cautio præstanda à Reviso ad Effectum Revisionis nullatenus suspensivum -- exceptis tamen Causis Religionis, -- & in quibus jam ante annum 1654. interposita fuit Revisio -- tales enim fruuntur adhuc Effectu Revisionis suspensivo juxtâ R. I. N. §. 124. -- olim suspensivo Revisionis Effectu univèrsaliter obtinente, ab a. 1582. (quo ordinariæ Visitationes Cameræ desierunt) usque ad R. I. N. 1654. Revisionum interpositarum nec expeditarum numerus ad 20000. excreverat -- vide sis Henr. Cocceji Disp. de Judiciis revisoriis cùm in genere, tum in specie Statuum Imperii -- *TEXTOR* Diff. 13. ad R. I. N. -- Jo. Lud. *BENDER* de Revisione. Col. 1700. 4.
- (2) Loco Revisionis in Camerâ usitatæ, licitum est parti gravatæ à Sententiâ in Judiciò aulico latâ ad Cæsaream Maj. supplicare, I. P. O. art. 5. §. 55. -- hic cessant quidem, quæ de Visitatione à Jure *MOGUNTINI*. suprâ diximus -- a què tamen observatur: Summa revisibilis saltim 2000. Flor. -- fatale quadrimestre -- Cautio-Pecunia succumbentiæ -- Juramentum Revisionis -- & Effectus suspensivus -- summopere igitur erravit *TEXTOR* in Disp. 13. ad R. I. N. th. 59. -- nec minus errant, qui existimant: in Supplicatione Judicii aulici, Revisores æquè Partibus innotescere debere, ac in Revisione Camerali -- sic *Electo* *Palat.* a. 1673. in Causa *Pfalz* contra *Vist. Worms*, postulavit nomina Revisorum sibi exhibenda, ut contra eos posset excipere, eo, quo intereà Revisio pronunciabatur deserta -- vide I. W. de N. Principia Processus Judicii Imperialis aulici hodierni cum Differentiis &c. C. 8. §. 44. Franc. & Lips. 1755. 4.
- (3) Quâ quis ob nova sed probabiliter relevantia ante incognita, adversus Sententiâ se in integrum restitui, adedque perinde, ac si nulla lata fuisset Sententia, Causam denuò disquiri, & secundum noviter Reperta decidi petit -- Effectus hujus Remedii est suspensivus, modò quis statim eodem utatur, cùm aliàs petitio Restitutionis quadriennio circumscribitur -- de cætero ad Analogiam Revisionis hic procedendum -- vide sis Jo. Bernh. *HASE*, Diff. de Rest. in integ. adversus Sententias summorum Imp. *Dicast. Giesl.* 1743. -- *Reinh. von GEHREN*, Diff. de Rest. in int. in specie contra Conclusâ Consilii Imp. aul. Processum appellationis denegatoria, *Marb.* 1744.
- (4) Est Remedium valdè desperatum, quo quis ob dolum aut corruptelam Judicis, Actionem instituit -- formalia Syndicatus in Praxi æquè sunt eadem quæ Revisionis -- vide *Ge. Lud. BOEHMER* de Remedio Syndicatus &c. *Goett.* 1744. 4.
- (5) Mitissimum id Genus Remedij est, si nomen hoc meretur, quod eo tendit: ut Verba Sententiæ ambigua, per novam Sententiam declarentur -- vide Jo. Frid. *LUDOVICI*, Diff. de Jure Declarationis. *Hal.* 1707.
- (6) Sic ex ipsâ Potestate Judiciariâ, Comitibus reservata est Notio, imprimis ubi de Proscriptione decernendâ agitur -- hoc Remedium tanquàm Legibus Imperii destitutum ex sola Observantiâ ac vel Juris Analogiâ dijudicandum -- undè nec Solennia aliàs consueta, nec Formalia, neque Fatalia hic observantur -- modus procedendi idem est in Recursibus, quo generatim negotia comitialia tractantur -- de cætero è Re Imperii est, ut certus detur huic Recursui modus, de cujus abusu Status complures graviter conqueruntur -- vide sis Jo. Jac. *MOER*, *historische und rechtliche Betrachtung des Recursus von den höchsten Reichs-Gerichten an den Reichs-Convent.* 1738. -- conf. *Cap. art. 20.*

COROL-

15

COROLLARIA

Ex Praxi Judiciaria Imperii.

- I. *Jus Austregarum* non competit mediatis Bonorum immediatorum Possessoribus,
- II. Nec Capitulis Sede vacante,
- III. Nec vel ipsis *Immediatis* ratione Bonorum extraneorum,
- IV. Benè tamen *Apanagiat* Actione personali conventis.
- V. Vbi plures Rei eâdem Actione conventi, plures habent *Austregarum* Judices, alterutrius Imperii Tribunalis *Jurisdictio* fundatur *ob Connexitatem*.
- VI. *Reconventio* regulariter locum habet coràm *Austregis*, exceptis tamen illis, quæ consistunt ex *Principis* conventi *Consiliariis*.
- VII. Adversùs ipsa quandòque *Mandata S. C.* (quæ aliàs paratam habent *Exsecutionem*) Jure obtinet *Exceptio Austregarum*.
- VIII. Quandòque tamen *Austregas* ne vel adeò *Mandatis C. C.* obstare contendimus.
- IX. Vi Clausulæ *Obligationi* insertæ: mit oder ohne Recht, in oder außerhalb Rechts, ipse *Creditor* beneficio *Austregarum* renuntiâsse censetur;
- X. Talis enim Clausula tanquàm *exsecutiva* excludit *Austregas*, nullam, exceptâ simplici *Notione*, habentes *Exsecutionem*, consequenter nec *Jurisditionem* propriè talem.
- XI. *Juris hodierni Regula* est vniversalis: quæcunque *Causa* adversùs *Immediatum* qualificari potest ad *Mandatum S. C.* in eâ summorum Imperii Tribunalium fundata est *Jurisdictio*.
- XII. Quotiescunque verò *Judex* ex prima supplica convincitur: Reum citrà exceptionem obligari, nec *Obligationi* suæ satisfacere, toties Jure hodierno locum habet *Mandatum S. C.*
- XIII. Nec temerè tamen ad *Mandata* proflire oportet *Judicem*, præcipuè cùm ad *Instantiam* vnus *Partis* alterâ inauditâ, & non nisi sub tacitâ hâc Clausulâ: "si preces veritate nitantur," solèant decerni.

XIV.

COROL

- XIV. *Mandatum S. C.* regulariter non potest decerni contrà *Mediatos*.
- XV. Ad supplicam pro *Mandato*, citrà expressionem: *cum* vel *sinè Clausula*, utpote informem, haud impetrantur *Processus*.
- XVI. In *Mandatis C. C.* qualvis regulariter Exceptiones statuimus admittendas, in *Mandatis* verò *S. C.* non alias, nisi *sub- & obreptionis*, àc vel *inhabilitatis* Personæ Actoris.
- XVII. Vti in *Mandatis C. C.* ad *Duplicam*, ità in *Mandatis S. C.* non nisi ad *Replicam* in Regulâ est procedendum;
- XVIII. Quandòque tamen, vti in his *Duplicam*, sic in illis respectivè *Triplicam*, ac vel rariùs *Quadruplicam* Judicis arbitrio esse permittendam *Praxis* habet.
- XIX. *Mandatum*, tanquàm Præceptum *Judicis* extrajudiciale, substantialiter differt à *Sententiâ*;
- XX. Hinc Causâ *Mandati* submissâ (si *Judex* deprehenderit Exceptiones esse relevantes) cassare tenetur *Mandatum* per *Sententiam*, Actore in *Expensas* condemnando.
- XXI. Sin Exceptiones fuerint irrelevantes, *Mandatum* à *Judice* confirmandum est per *Paritoriam*, & certus *Terminus*, ad docendam *Partitionem*, in *Sententiâ* præfigendus;
- XXII. *Partitione* ultrà *Terminum* protractâ, Actor *Declarationem* Pcenæ & *Arctius* contrà *Reum*, atque *Mandatum de exsequendo* ad *Directores Circuli*, ubi *Reus* agit & *Bona* tenet immediata, decerni postulat, *Stylo Vulgari* dictante.
- XXIII. *Causa denegatæ Justitiæ* tanquàm haud illicò præsumenda, non nisi ternâ *Judicis* imploratione, àc vel semel: *instanter instantiùs* & *instantissimè* factâ, *Forum* sortitur *Jure devolutionis* immediatè superius.
- XXIV. Vbi tamen post primam *de administrandâ Justitiâ* interpellationem, *Expressa denegatio* facta fuerit atque probata, tunc eam vel vnicam ad *Effectum* talem devolutivum sufficere statuimus.

XXV. Vti verò in Casu *Denegationis*, Viæ directæ, ceù *Devolutioni immediatæ*, ità in Casu *Protractiõis*, Viæ obliquæ, ceù *Promotorialibus* locum esse contendimus.

XXVI. *Promotoriales Consilii Imperialis aulici* adversùs *Cameram* effectu *Causarum* devolutivo planè destitutas, pro admonitione *summi Principis* veneramur, Cujus *Rescripta Juri Communi* haùd derogant.

XXVII. In *Causis Spolii* inter immediatos controversis, citrà factum hominis *Devolutio* obtinet ipso *Jure*.

XXVIII. Equidem talis *Devolutio* præcisè non inducit *Litis pendentiam*, *Judicis* tamen superioris ità fundat *Jurisdictionem*, ut per simplicem *Officii implorationem* Pars adversa citari possit excluso *Austregarum Foro*.

XXIX. Ea est *Pignoratiæ Constitutionis* natura, ut cumulet *Possessorium summarissimum* cum *Plenario*.

XXX. Qualis *Cumulatio Mandati* cum *Possessorio plenario* habet quidem in *Causis: der Pfandungs=Constitution*, effectum *simultanei Processus*, non verò peræquè *Decisionis simultaneæ*.

XXXI. Prorsùs notabile est: in Casu factæ *Pignorationis*, neutiquàm subditum pignorum, sed *Dominum* ejus *immediatum* non nisi contrà *Pignorantem* æquè *immediatum* intentare posse hoc *Remedium*.

XXXII. *Diffamatus* à *Muliere* tanquàm *perjurus* de *Conjugio* eidem promisso, in neutro *Imperii* *Judicio* agere valet *ex Lege diffamari*;

XXXIII. *Exceptio Causarum Religionis* ab effectu *Revisionis* suspensivo, etiàm locum meretur in *Causis* apparenter liquidis, ceù per *Pacem Westp.* decisis.

XXXIV. *Sententià* in *Revisione* reformatà, *Revisionem Revisionis* nullo *Jure* denegandam esse, absolutè statuimus



AD

## D. D. vtriusque Jurispublici Auditores:

*Apparet* Exercitationum nostrarum *Triplica*, Dni A. A. -- *Vna*  
*Ceteris prolixior* -- *recentiori Methodo elaborata* -- *quæ Vobis non*  
*Historiam modò summorum Germaniæ Dicasteriorum ex Professo de-*  
*lineare sed insimul etiàm primis saltim lineis nititur adumbrare ipsam*  
*in specie Praxin Imperii Judiciariam* -- *Partem Vniuersæ Jurisprudentiæ*  
*publicæ ut magis vastam, sic nimis intricatam* -- *atque delictiorem* --  
*in ipsis aliàs Academiis à Professoribus publicistis aliorum particulari*  
*ceù Practicorum Spartæ relictam* -- *nec à Vobis hætenùs in Collegiis*  
*publicis, sed privatis sensim Repetitoriis vel ed delibatam* -- *ut sequente*  
*Vobis Anno si non publicè, saltim privativè, ex Professo tamen ac*  
*vel liberaliùs queat propinari* ---- *Superest, ut bis edita Profectùs Vestri*  
*Specimina publica, novo triplicentur Tentamine academico* -- *maeli virtute,*  
*Dni Defendens, & Opponentes!* -- *non est, quid quod exspectare non*  
*liceat de Viribus ingenuæ Adolescentiæ vestræ* -- *pergite sacrâ quãdam*  
*Zelotypiã Vos invicem æmulari* -- *sed permittite, Vtrumque Collegam:*  
*R. Mäurer ex Kônigswinter, & J. de Kopp Düffelalum, publicis æquè*  
*bonorari Testimoniis, quæ jam nuper in Palæstram vocati, plaudente*  
*Minervâ fuere promeriti* -- *Reliquos ad futuram pulcherrimi*  
*Conatùs Æmulationem disertè invitantes.*





et decerni contra Malicia  
 expressionem: cuius  
 ad impetrantur Præ  
 scriber Exceptiones  
 S. C. non alias, nisi  
 honz Actoris.  
 am, in in Mandatis  
 procedendum;  
 duplicem, sic in illis  
 ruplicam Judicis ar  
 Judicis extrajudicia  
 index deprehenderit  
 ur Mandatum per Se  
 do.  
 , Mandatum à Judice  
 certus Terminus, et  
 gendus;  
 à, Actor Declaratio  
 que Mandatum d  
 eus agit & Bona tena  
 gari dictante.  
 id illicò præsumenda  
 el semel: instanter  
 foritur Jure devolutum  
 mandandi Juffici in  
 ita fuerit acque proba  
 talem devolutum  
 XIV.

Inches 1 2 3 4 5 6 7 8

Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8

**TIFFEN® Color Control Patches** © The Tiffen Company, 2007

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
1	2	3	4	5	6	7	8	9
10	11	12	13	14	15	16	17	18
19	20	21	22	23	24	25	26	27

**TIFFEN® Gray Scale** © The Tiffen Company, 2007

A	1	2	3	4	5	6	M	8	9	10	11	12	13	14	15	B	17	18	19
		R	G	B			W	G	K					C	Y	M			